285

DAMASI

VETERIS IVRIS ECCLESIASTICI, CANONICIQVE DOCTORIS, BVRCHARDICA,

SIVE

REGVLÆ Canonicæ, eleganti quadam ratione, ſimulque perſpicua & compendiaria via in vtranque partem diſcuſſæ, atque ambitu ſuo complexæ.

A PETRO S'ALVNO *Aquilio recognita, & ex manuſcriptis exemplaribus prolata.*

ANTVERPIAE,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
cIɔ. Iɔ. LXVI.
CVM PRIVILEGIO.

DAMASI VETERIS IVRIS CANONICI DOCTORIS BVRCHARDICA, SIVE REGVLAE CAnonicæ, in vtramque partem breuiter diſcuſſæ & concluſæ.

REGVLA PRIMA.

IGNORANTIAM ſæpe tam iuris, quàm facti excuſare.

PRO CONFIRMATIONE REGVLAE.

IGNORANTIAM excuſare †in his, quæ iuris ſunt poſitiui.

Ext. de conſt. c. cognoſcentes.
XXVIII. *diſt. c. presbyterum.*
LXXXII. *diſt. c. propoſuiſti, cum ſeq.*
XXX. *q. 1. c. de his.*
D. *de petit. hæred. l. ſed etſi lege. § ſcire autem.*

In his, quæ ſunt iuris naturalis.

VIII. *diſt. c. conſuetudo.*
De conſec. diſt. 2. c. ſcriptura.
LII. *diſt. c. ſolicitudo.*

In his, quæ ſunt facti.

Ext. de ord. ab Epiſc. qui renunc. c. 1. & 2.
D. *de iur. & fac. ig. l. in omni parte.*

Nam iuris error dolum excludit, vt notant DD. in L. ſi quis id quod. & ibi Philip. Dec. column. v. de iuriſd. omn. iudic.

CONTRA PROPOSITAM REGVLAM.

IGNORANTIAM non excuſare in his, †quæ ſunt iuris poſitiui.

XVI. *diſt. c. quod dicitis.*
Ext. de ſent. excom. c. cum illorum.

Nec in his, quæ ſunt iuris naturalis.

XVI. *q. 1. c. ſi cupis.*
XXII. *q. 2. c. in ipſis trum.*

Nec in his, quæ ſunt facti.

Ext. de ſent. exc. m. c. cum illorum.
I. *q. 1. c. ſi qui à ſymoniacis.*

Quia iuris ignorantia in lege prohibente non cauſat bonam fidem. Alexan. conſ. 21. col. fin. li. 4. & in arte, in qua quis verſatur l. 2. §. Seruius. de orig. iur. l. 1. C. qui & aduer. quos, &c.

SOLVTIO.

Si ius poſitiuũ ignoretur ante promulgationẽ, quia & poſt factum promulgãtis ius illud citra offenſam aliquandiu ignoratur, non nocet, d.c.cognoſcentes. Si verò poſt promulgationem: impunè pòterit ignorari ad duos menſes. Auth. Vt nouæ conſt. & c. Poſt illud tẽpus, non excuſabitur ignorans: niſi ſit minor 25. annis, aut miles, aut fœmina, aut ruſticus. D. de iur. & fac. ignor. l. regula. & D. de proba. l. cum de indebito § ſin autem. Iuris verò naturalis ignorãtia, licet culpam extenuet, non tamen excuſat in totum. Et hoc eſt quod dicit auctoritas: Seruus neſciens voluntatem Domini, vapulabit paucis. Seruus autem ſciens volũtatem Domini, & non adimplens eãm, plagis vapulabit infinitis. xxxvij, diſt. § fin. Facti verò ignorantia excuſabilis eſt, d.c.1.ext. de ord. ab ẽpiſc. facti tamen proprij, aut aliàs craſſa & ſupina ignorantia damnabilis eſt. d.c. cum illorum. & D. pro ſocio, l. vlt. †Circa ignorantiam iuris poſitiui talis regula comprobata eſt. Iuris ignorantiã non prodeſſe adquirere volentibus, ſuum autem ſeruare volentibus non nocere, D. de iur. & fac. ignor. L. iuris ignorantia. Fallit tamen regula in vſucapionibus, & preſcriptionibus in fauorem publicum introductis, per quas præiudicatur ignorantibus, volentibus ſuum conſeruare. C. de longi temp. præſcript. leg. vlt. Item in conſtitutione ad rigorem iuris obſeruandum inducta. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam, in quam conſtitutionem incidit quis, etiam ſi ignoret, ſibi non licere rem ſuam ſine iudice auferre. inſtit. De vi bon. rap. § 1.

c.1.q.4.c. turbatur. § item ignorantia.

REGVLA SECVNDA.

NEMINEM priuandum eſſe iure ſuo ſine culpa ſua.

PRO.	CONTRA.
Ext. de cler. ægro. c. 1	XXII. *diſt. c. renouantes,*
Ext. de conſt. c. cognoſcentes.	*Ext. vt lite non conteſt. c. quoniam frequenter.*
Ext. de his quæ ſi. à maio. par c. quæſiuit.	*Ext. de cler. ægro. c. tua.*

XVI.*q.* vij.*c.inuentum.*
LXI.*diſt.c.ſatis peruerſum.*

SOLVTIO.

NVNQVAM eſt quis priuandus iure ſuo ſine culpa ſua, & ſine cauſa. Quandoque autem ſi ſubſit cauſa, priuatur quis ſine culpa ſua, vt in contrarijs. In illis enim ſuberat cauſa prærogatiua, ſcilicet, principis voluntas, priuare aliquem, & ius vnius alteri conferre volentis. d.c. renouantes. Et D. de offic. præt. l. Barbarius. Item reuerentia ſacramentorum, caſus ſuperuenientes, vel ſcandalum.

REGVLA TERTIA.

Generalibus præiudicare ſpecialia.

PRO.	CONTRA.
Ext. de reſcript. c. cum ſit Romana, & c. paſtoralis § quod autem.	*Extra de offic. deleg. c. ex parte.*
D. de reg. iur. l. in toto iure.	*Ext. de filijs preſbyt. c. ex tua.*
C. de procurato. l. maritus.	*Extra [illegible] cum ordinem.*
D. de ſuppel. lega. l. legata.	*D. [illegible] lega. l. legat. 1.*
	D. [illegible] & arg. lega. l. Pediculis. §. Labeo.

SOLVTIO.

PRAEMISSA regula vera eſt: fallit tamen in mandatis generalibus, quæ ſunt effectu ſpecialia. d. c. ex tua. Item vbi generale mandatum non eſt executioni mandatum, quia ſic ſpeciale mandatum re exiſtente integra derogat generali. d. c. cum ordinem. Item fallit in Priuilegijs, quia ſpeciale non derogat generali, niſi de eo faciat mentionem. Extra de reſcript. c. veniens. Item in legatis, puta in legato generali, ſi per imperitiam ſpecierum fiat adiectio, non derogabit id generali. Vnde ſubaudi, in regula: Specialia derogant generalibus, quantum ad illam ſpeciem ſpecialiter expreſſam. Item aliud ſubaudi, Si ſpecialia de generalibus non faciant mentionem, vt d. cap. paſtoralis §. quod autem.

REGVLA QVARTA.

Tacitam conditionem eſſe ſubaudiendam.

PRO.	CONTRA.
Ex.de iureiur.c.quemadmodum.	*Extra.de conuerſ.coniug.c.ex parte.*
Ext.de conſt.c.cum M.Ferrarienſis.	*C.de condict.ob cau.dat.l.ſi repetendi.*
Ext.de reſcript.c.ex parte conſtitutus.	XXV.*q.ij.c.vniuerſa.*
XXII.*q.ij.cap.ne quis.& c.beatus.*	XXXIII. *q.vlt.c.vlt.*

SOLVTIO.

IN reſcriptis Papæ ſubintelligitur iſta conditio, Si preces veritate nitantur, vt d.c.ex parte. In alijs autem generales conditiones ſubintelliguntur, vt puta: Si Deus voluerit: Si viuero: Speciales autem non ſubintelliguntur, niſi exprimantur, vel niſi ſint de ſubſtantia contractus: vt, ſi dominus promittit pœnam colono, ſi expellet eum: ſubintellige ibi, ſi ſoluerit penſionem, & expellat eum dominus, committi pœnam: vt D.locati.l.quæro.§.interpellatorem. Item aliæ quæ in iure inueniuntur expreſſæ, ſubintelliguntur, vt in extraordina.in prima parte Rubricæ poſitis.

REGVLA QVINTA.

QVOD poſteriora non derogant prioribus, niſi in ijs fiat mentio de ipſis.

PRO	CONTRA.
Ext.de renunciat.c.ſanè.	*Ext.de reſcript.c.paſtoralis,& c.ſicut Romana.*
Ext.de offi.delegat.c.ex parte	*Ext.de cogna.ſpirit.c.*I.
Ext.de dolo & contum.c.ex literis.	*D.de legib.l.non eſt nouum.*
Ext.de reſcript.c.cæterum.& c.ex parte.	*D.de procurat.l.pluribus.*
Ext.de confir.vtil.vel inutil.c.bonæ.	

SOLVTIO.

SI primum mandatum ſit ſpeciale, non derogatur ei per ſecundum, niſi ſecundum faciat mentionem de

illo, vt in prima parte Rubricæ. Sed ſi primum eſt generale, & ſecundum ſpeciale, tunc derogat primo, etiã ſi de primo non faciat mentionem, vt in contraria parte Rubricæ. Fallunt tamen præmiſſa in iure: quia poſterius ins derogat priori, & ſi de eo non faciat mentionem, d.l. non eſt nouum. Et eſt ratio, quòd iura noſtra ſunt à Principe: ergo idem contra primum promulgando tollit primum, vt D. de conſt. princip. l. quod principi. Aliud eſt in reſcriptis, quia factorum, ſuper quibus reſcribitur, haberi memoria non poteſt: nam omnium habere memoriam, & in nullo peccare potius diuinitatis eſt, quàm humanitatis, C. de veter. iure enucl. l. ij.

REGVLA SEXTA.

QVANDO quis tenetur ad duorum alterum ſub alternatione, vtrum voluerit præſtando, liberatur.

PRO.	CONTRA.
Ext. de reſcript. c. inter cæteras.	*De contrah. empt. l. ſi in emptione. §. vlt.*
D. de verb. ſig. l. hæc verba.	
D. de iur. dot. leg. plerunque. §. vlt.	*D. de condit. & demonſt. l. ſub diuerſis. & l. per fideicommiſſũ.*
Inſt. de hæred. inſtit. § ſi plures.	*D. cond. indeb. l. ſ lane.*

SOLVTIO.

PRIMVM regulariter obtinet, ſed fallit in legatis: quæ ſi relinquantur ſub diuerſis conditionibus incertæ portionis nouiſsimè parendum eſt. Item in fideicommiſſarijs libertatibus. d.l. per fideicommiſſum. Et eſt ratio, quia nouiſsimæ voluntati defuncti ſtandum eſt. Item fallit, cùm duo in ſolidum tenentur ſub alternatione ad aliqua: quia tunc eſt creditoris electio, d.l. planè. Item quãdo duo ſub alternatione relinquuntur, licet ſit hæredis electio, vt D. de legat. l. ij. ſi ita relictum. §. vlt. quandoque tamen transfertur poteſtas eligendi in legatarium, vt notat. in lege Lucio. ff. de leg. 2.

REGVLA SEPTIMA.

Omnium rerum rationem eſſe reddendam.

PRO.	CONTRA.
Ext.de reſcript.c.ſi quando in fin.	XXIII.*q. iiij.c.* Nabuchod.
XVIII.*diſt.c.placuit.*	*& c.ſeq.de* Tyrijs *&* Sidon.
XXVI. *diſt.§.ecce.in fin.*	*De pœnitent.diſt. iiij.cap.ſi ex bono.*
XXIII.*q.ij. c.ſi habes.*	D. *de leg. & conſtitut.leg.non omnium.*
D.*de religioſ.& ſump.fu.l.& ſi quis.§.ſed interdum.*	

SOLVTIO.

DE omnibus reddenda eſt ratio.ſecus tamen contingit in quibuſdam propter impotentiam,quòd non poteſt de ijs ratio reddi.

REGVLA OCTAVA.

CONSENSVS omnium eſt requirendus,ad quos res pertinet.

PRO.	CONTRA.
Ext.de reg.Iur.c.quod omnes.	Ext.*†de temp.ord.c.epiſcopus.*
LXVI.*diſt.c.*Archiepiſcopus.	*Ext.de his quæ fi.à mai.part.c.j.*
Ext.*de temp.ord.c.ſi Archiep.*	*Ext.de elect.c.cùm nobis olim.*
Ext,qui fil.ſint legit.c.per venerabilem.	LXV. *diſt.c.ſanè.*
C.*de auct.præſtan.l.vlt.*	D.*de reg.iur.l.aliud.§.refertur.*
D.*de adopt.l.nam ita.*	D.*de contrahend. empt.leg.quod maior.*
D.*de ſeruit.præd.l.per fundum.*	
D.*de aqua plu.arc.l.in concedendo.*	

Non extat in iure Pontificio.

SOLVTIO.

IN negotio vniuerſitatis omnium conſenſus requiritur, & ſi diſſentiant, obtinebit conſenſus maioris partis,vt in contraria parte Rubricæ. fallit tamen hoc in electione Papæ.extra de elect.c.licet. Item fallit, vbi conſuetudo approbata à Papa obtinet in contrarium. ext.de his,quæ fi.à ma.part.cap.c. ea noſcitur. Item in iudicijs,ſi plures ſint iudices, tenet ſententia maioris partis.d.c.ſanè.In negotijs autem priuatorum communibus,obtinet regula doctrinæ,quòd omniũ conſenſus requi-

requiritur, ad quos res pertinet. Nec obtinet ſententia maioris partis, d.l. per fundum. Caſualiter tamen contingit contrarium, quòd ob fauorem debitoris ſtatur maiori parti creditorum, licet illi non conſtituant corpus, vel collegium. vt D. de pact. l. iuris gentium.

REGVLA NONA.

Iuſtas preces ex neceſsitate eſſe audiendas.

PRO.	CONTRA.
Ext. de elect. c. poſtquam.	*Ext. de poſt. c. bone memorie.*
Ext. de appell. c. cùm parati.	*Ext. de his que fi. à prælat. c. j.*
XXXV. † *q. IX. c. veniam.*	*D. de iudic. l. non quicquid.*
XXXVI. *diſt. c. cùm multa.*	

In manuſcript. habetur. q. 8.

SOLVTIO.

SI aliquid aliquis iuſtè petat, id eſt, quòd ius habeat petendi, iniuſtè denegabitur ei quod petit. Si autẽ non habet ius petendi, non dicitur quis iuſtè petere, iuxta illud, Nam ſtultum eſt petere, quod poſsit iure negari: & alibi, Quod iuſtum eſt, petito, vel quod videatur honeſtũ, & ideo poteſt ei negari quod petit iniuſtè.

REGVLA DECIMA.

QVOD excommunicati poſt abſolutionem omnia iura, quæ amiſerant per excommunicationẽ, recuperant per abſolutionem.

PRO.	CONTRA.
VI. *q. I. c. illi qui.*	II. *q. iij. §. hinc colligitur. & §. notandum.*
III. *q. c. beatus.*	XXV. *diſt. c. primum.*
XV. *q. vi. c. nos ſanctorum.*	*Ext. de heret. c. vergentis.*
Ext. de heret. c. ſicut ait.	
Ext. de teſtibus c. veniens.	
Ext. de elect. c. quia diligentia.	
Ext. de reg. iur. c. omnis res.	

SOLVTIO.

EXCOMMVNICATVS recuperat iura ſibi competentia cùm abſoluitur, niſi publicatio bonorum facta fuerit poſt excommunicationem, d.c. vergentis.

 Sed

Sed licet recuperet iura, ſtatum priſtinæ perſonæ amittit, nec promouebitur: quia excommunicatio infertur pro contumacia, xi. quæſt.iij. c. certum. Sed & contumacia in veteri lege morte mulctabatur, xi.q.iij. c.abſit. Hodie à promotione repellit. liiij. diſt.c.multos.in fin.Item, nulla pœna maior eſt in Eccleſia, quàm excommunicatio.xxiiij.q.iij. c.corripiantur. ergo pro maximo delicto eſt infligenda. xxiiij.q. c. non afferamus.Ideo cùm conſtat illum fuiſſe excommunicatum, conſtat eum fuiſſe criminoſum:ergo non eſt recipiendus ad ordines, vel ad accuſationes. vj.q.j.c.qui crimẽ. Attamen contrarium eſt verum. d.c. veniens. niſi qualitas criminis, pro quo fuit excommunicatus, inducat contrarium.

REGVLA VNDECIMA.

QVOD ſi quis promittat alicui, quod eius ſtabit arbitrio, non tenetur illi iniquè præcipienti obedire.

PRO.	CONTRA,
XXXII.*q.vlt.c.vlt.*	XXII.*q.vlt c.vlt.*
Ext.de arbitr.c.nõ ſine mult.	XXII.*q v.c.iuramenti huius.*
Ext.de iureiur.c. veniens. & c.quoniam.	*Ext.de iureiur.c.ſi verò.*
D.*pro ſocio, l. ſi ſocietatem vniuerſitrum.*	D.*de arbitr. l.diem.§.ſtari.*
D.*de oper.liber. l.ſi libertus.*	

SOLVTIO.

IN ſententijs interlocutorijs poteſt quis venire cõtra proprium factum, & ſi arbiter ſit, D. de re.iud.l. Paulus.& D.de arb. l.diem: definitiuis minimè .D. de re iudic.l.Paulus.In alijs autem actibus poteſt factum ſuũ, quod illegitimè fecit, retractare, niſi interdicatur à ſuperiori, illi qui ſcienter egit aliquid contra legem & canonem, ne retractet factum ſuum. d.c. veniens, & alijs diuerſis capitulis.

REGVLA XII.

VBI certa forma deſideratur, ea prætermiſſa, nihil agitur.

PRO.	CONTRA.
Ext. de renunciat.c.I.	LII.diſt.c.ſolicitudo.
Ext. de presbyt.non bapt. c. veniens.	XXX.q.v.c.noſtrates.
XXIII.diſt.c.quorundam.	Ext ſacr.non iteran.c.paſtoralis.
De conſec. diſt.iiij.in ſynodo.	Ext.de cler.per ſal.promo.c.vno.
II.q.vi.§.diffinitiua.	D de verb.obl.l.quæ extrinſecus.
XXXII.q.ij.c.ſolet quæri.	C.de appellationibus.l.i.

SOLVTIO.

FORMA illa omiſſa, quæ exigitur ad rei ſubſtantiã, nihil agitur. Si autẽ omittatur forma, quæ eſt ad ſolennitatem inducta, ſecus eſt, vt in contrarijs. In ſententijs autem omiſsio generalis formæ nocet: non autem omiſsio ſpecialis formæ, ſiue ordinis, vt C.de app.l.i.

REGVLA XIII.

Maiori & ſaniori parti ſtandum eſt.

PRO.	CONTRA.
XXII.diſt.c.ſanè.	Ext.de poſt.c.gratum.
Ext.de teſtibus.c.in preſentia.	Ext.de teſtibus.c. in noſtra præſentia.
Ext.de elect.c. cum nobis, & c. dudum.	XIX.diſt.c.in canonicis.
Ext. de parœc. & alien.parœc. c.i.	XXXI.diſt.c.Nicena.
Ext.de his quæ fi. à maio.parte. c.ii.	IIII.q.iii.c.ſunt in crimine verſ.teſtes.
Ext.de renunc.cùm inter Petrũ.	D.de ſeruitut.ruſt.præd.l.per fundum.
D.de re iud.l.duo ex tribus.	
D.de arbit.l.ſicuti.	

SOLVTIO.

QVOD in hoc articulo obtinet, notatur & in illo generali.†Omnium conſenſus eſt requirendus. *Sup.reg.8.* In electionibus autem tria exigũtur, numerus, auctoritas, & bonus zelus. d.c. dudum. Et ſi zelus bonus ſit ex vtraque parte, & ex vna ſit numerus, & ex altera auctoritas, erunt æquales partes. d.c.in canonicis. Si verò numerus multum excedat, vincet auctoritatem, d.c.in noſtra præſentia. Quod in electionibus ferè obſeruatur, niſi pauciores eſſent tantæ præeminentiæ, vel prudentiæ

dentiæ in re ſuper qua diſputatur, quòd æquiparentur pluribus.d.c.in noſtra præſentia.

REGVLA XIIII.

CONSVETVDINEM Romanæ Eccleſiæ non eſſe ſeruandam.

PRO.	CONTRA.
Ext.de ſent.excom.c.per tuas.	XI.*diſt.c.nolite.* & *c.quis neſciat.*
Ext.de tēp. ord. c.ſubdiaconos.	XII.*diſt.c.i.* & *ij.*
Ext.de rebus eccle. non alien. c.ſi quis presbyterorum.	
D.de off.præſid.l.ſed & licet is.	

SOLVTIO.

NON ſunt ſequendæ ex neceſsitate conſuetudines Romanæ, niſi illæ, quas Apoſtolum Petrum ſequi dignoſcitur, & ipſe docet eſſe ſequendas. d.c. nolite. & xij.diſt.c.2. Nec quid Romæ fiat, ſed quid fieri debeat, attendendum eſt.D.de off.præſid.d.l. Sed licet is.

REGVLA XV.

Quod multitudo diſpenſationem inducit.

PRO	CONTRA.
I.*diſt.c.vt conſtitueretur.*	XV.*q.vlt.c. cùm multæ.*
I.*q.vlt.c.quotiens.*	*De pœnit.diſt. vi.c.qui vult.*
XXXV.*q.iij.c.quod ſcripſi.*	XXXII.*q.vij.c.flagitia.*
XLIIII.*diſt.c.comeſſationes.*	*Ext.de reg. iur.c. quia multotiens.*
XXII.*q.iiij.c.ipſa pietas.* & *c.non poteſt.*	*D.de pœnu.l.aut facta.§.fin.*
Ext.de temp.ordi.c.ſanè.	
Et iuxta illud : Ob populum multum crimen pertranſit inultum.	
Ext.de cler.excom.c. latrones.	

SOLVTIO.

SI multitudo ignoret illud eſſe malum quod fecit, inſtare debet prælatus monendo, prædicando, & puniendo factum, ſi poſsit.d.c.qui vult. Si autem multitudo ſciat eſſe malum quod fecit, & per vehementiã defendat

fendat illud: tunc ceſſare debet verbum prędicationis, vſque dum vltio diuina viam præbeat prædicationi: c, non poteſt. & pœna eſt diſsimulanda, vel minor inferenda, ne ſchiſma ſuſcitetur, vel graue ſcandalum oriatur.

REGVLA XVI.

Conſuetudinem excuſare à peccato.

PRO.	CONTRA.
Ext. de teſt. c. ad hæc.	XXXII. *q. vij. c. flagitia.*
Ext. de iudic. c. nouit ille.	VIII. *diſt. c. conſuetudo.*
Ext. de diuor. c. gaudemus.	*Ext. de ſimo. c. non ſatis. & c. cùm in eccleſia.*
Ext. de tempo. ord. c. ſanè. & c. cùm ſecundum.	*Ext. de reg. iur. c. quotiens.*
Ext. de cauſ. poſſ. & prop. c. cũ eccleſia.	*Ext. de conſuet. c. cùm inter.*
Ext. de his quæ fiu. à prælát. c. ea noſcitur.	*Ext. de probat. c. ſicut conſuetudo.*
XXXII. *q. iiij. c. obijciuntur.*	*Ext. de præben. c. cùm non ignores.*
	Ext. de ſent. & re iud. c. cùm cauſa.

SOLVTIO.

IN his quæ ſunt iuris naturalis, ac diuini, conſuetudo non excuſat. d. c. non ſatis. ad hoc facit quod dicit Auguſtinus: Malè adinuentæ conſuetudines tempore nõ confirmantur, ſed magis ſordeſcunt. auth. vt nulli iud. §. nulli verò. Si verò conſuetudo inducatur contra ius poſitiuum, tunc ſi inducatur contra ius inductum in fauorem vtentium conſuetudine, præiudicabit iuri: nec deliquerit, qui illam ſequetur: quia vnicuique licitum eſt renunciare iuri ſuo, quod pro ſe eſt introductum. ext. de renunc. c. quidam. Si verò in fauorem aliorum, non poterit præualere iuri, niſi ſit præſcripta. d. c. cùm in eccleſiæ. etiamſi in fauorem eccleſiæ ſit introducta. ext. de conſuetud. c. vlt. & Ext. de præſcript. c. de quarta.

REGVLA XVII.

Magiſtratui eſſe obtemperandum.

PRO

PRO.

XI.q.iij.c.i.
VIII.q.i.c.ſciendum.
C.diſt.c.contra morem.
XIX.diſt.c.memoriam.
Ext.de off.deleg. c.ſi quando, & c.paſtoralis.
Ext. de temp. ord.c. ad aures.
Ext.de præſcript.c.cùm non liceat.

CONTRA.

Ext.de temp.ord.c. ex tenore.
Ext.de reſt.ſpol.c.literas.
Ext.de ſent.excomm.cap.inquiſitioni.
L.diſt. c.mandatum.
XI.q. iij.c. non ſemper, & c.quid ergo.& c.cui eſt illata.
XXIII.q.i.c.quid culpatur.
XII.q.ij.c.non liceat.

SOLVTIO.

SENTENTIAE excommunicationis latæ à ſuo iudice ante appellationem eſt obediendum, ſiue iuſtè ſiue iniuſtè feratur.xi.q.iij.c.ſi †ante ſententiam,&c.ſi epiſcopus,dummodo non contineat expreſſum errorem.ext.de ſentent.excommun.c.per tuas. Et idem in ſentētia ſuſpēſionis.Sed in ſententia definitiua, dūmodo ipſo iure teneat ſentētia,hoc eſt,vbi à ſuo iudice eſt lata,& iuſtè,vel etiam ius litigatoris lædit,ſed aliàs debito modo eſt lata:neceſſe eſt obtemperare, vel appellare.ext.de ſentent. & re iudic. c. cùm inter. Item ſententia præceptionis,cùm præcipitur aliquid quod pertinet ad officium eius,obediendum eſt ei:alioquin nō, vij.q.i.c.quia frater.& D.de regul.iur. l. factum à iudice.Et hæc,vbi non eſt certum id,quod præcipitur, eſſe iuſtum, vel iniuſtum:nam in dubijs eſt obediendum, xxiiij.q.i.c.quid culpatur. ſi autem præcipiat quod iniuſtum eſt,& contra ſalutē,ſubditi non tenētur ei obedire,xi.q.iij.c.non ſemper. & d.c.literas.Si verò admoneat tātum,non inducet neceſsitatem admonitio. xiiij. q.j.c.non debet.

† nuſquam extat.

REGVLA XVIII.

Licet ratione reſcripti,quod aliàs non liceret.

PRO.

Ext. de accuſat. c. qualiter, & quando.

CONTRA.

Ext.de appell.c.paſtoralis.
Ext.de fil.presbyt.c. ex tuarū.

Ext.

Ext. de ætate, & qualitat. c. eam te.
Ext. de confir. vti. vel inuti. c. por recta.
XXIII. *queſt. ij. c. reſcripta.*
LXXXV. *diſt. c. Archidiaconum Florentinum.*
C. de emancipat. l. nec auus.
C. de tranſac. l. cauſas vel lites.

Ext. de cog. ſpirit. c. j.
Ext. de offic. dele g. c. ex parte. & c ſanè.
D. de leg. & conſtit. leg. non eſt nouum.
C. de condict. indeb. l. ſi tutor.

SOLVTIO.

NON valet reſcriptum contra nouum vel vetus teſtamentum impetratum: quia non poteſt minor in maiorem ſtatuere. vt xxj. diſt. c. inferior. & xj. q. iij. c. qui reſiſtit. licet Papa poſſet interpretari doctrinam legis, & Euangelij, & ampliare, & arctare interpretando. xxviij. q. j. c. idololatria. Item contra ius commune impetratum non valet: niſi tale ſit, quod iſti proſit, & nulli obſit, xxv. q. ij. c. reſcrip. vel dilationẽ moratoriam cõcedat. C. de preci. Imp. offe. l. quotiẽs, vel niſi exprimatur in eo, Non obſtante edicto tali, ar. ext. de reſcr. c. cæterum. & D. ne quid in loco publico. l. j. §. ſi quis à principe.

REGVLA XIX.

Conſtitutiones tantùm extendi ad futura.

PRO.

C. de leg. & conſtit. l. leges.
Ext. de iuram. cal. l. fin.
Ext. de conſtit. c. cognoſcentes. & c. vlt.
XXXII. *q. iiij. c. dixit Sara.*

CONTRA.

Ext. de vſur. c. cùm tu manifeſtos.
Ext. de elec. c. cùm in cunctis.
LIIII. *diſt. c. ex antiquis.*
C. de contrac. iud. l. vnica in fin.
C. de pact. pig. l. vlt.

SOLVTIO.

CONSTITVTIONES ad præterita non extenduntur, niſi hoc dicatur in ijs. d. c. leges. Item niſi ſint confirmatoriæ, vel reuocatoriæ præcedentis conſtitutionis. d. c. cùm tu manifeſtos.

REGVLA XX.

Fraus & dolus nemini debent patrocinari.

PRO.

Ext. de cogna.ſpirit.c.ij.
Ext.de reſcript.c.ſuper literis.
Ext.de donat.c.inter dilectos.
Ext.de dol.& cont.c.ex liter.
Ext.de eo qui duxit in matr.c. propoſitum.
Ext.de appell.c.ex quorundā. & c.ſuggeſtum.
D.de dol.l.ne ex dolo.
D.de vſucap.l.iij.§ vlt.
C.de repud.l.dubium non eſt.
Inſtit.de his qui ſui iur.ſunt, vel alien.§.in poteſtate ad finem.

CONTRA.

Ext.de appell.c.cùm ſit Romana.
Ext.de dol.& cont.c.i.
Ext.de excep. c.cùm eccleſiaſtic.
D.de reg. iur.l.cùm par delictum.
D.de condict.ſine cauſa.leg. auun.
D.de dol.l.i.§.non ſcit.
XXI.queſt.ij.c.vtilem.
XXI.queſt.iiij.c. vt pridem.

SOLVTIO.

PRIMA regula vera eſt:quia dolus non debet alicui patrocinari,nec auditur ille, qui turpitudinem ſuā allegat,vel dolum à ſe commiſſum. d.c. inter dilectos. Et ſi ei tradita ſit res ex contractu dolo eius inito, reuocabitur per actionem de dolo.D.de dolo, per totū. & arg.extra.de re.permut.c.cum vniuerſorum.hoc eſt verum,ſi ille cum quo cōtraxit doloſus, particeps doli non fuit.Si enim fuiſſet doli particeps, tunc licet actori non prodeſſet dolus contra reum, proderit tamen reo contra actorem propter regulam,quæ dicit:Quod in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio rei. d.l. cùm par delictum.Et hoc eſt quod dici conſueuit:prodeſt dolus reſiſtenti.vtputa, ſi iuuetur commodo poſſeſsionis,propter aliam regulam,quæ dicit: In pari cauſa turpitudinis, potior eſt conditio poſsidentis. d.l.auunculo. Et ita intelligitur ext. de exceptione. c. cùm eccleſiaſticæ. cum ſuis concordantijs. Quando dolus committitur extra contractum, ſic agendum eſt,quòd doloſus non lucretur ex ſuo dolo. d.c.ſuper literis.

REGVLA XXI.

Quòd puniendus eſt quis pro delicto alterius.

PRO

PRO.	CONTRA.
VI. q.j. c. quæro §. verum.	Ext.de his quæ ſi à maio.par.c.quæſiuit.
I.q.iiij.§. †item peccato. & c.homini.	I.q.iiij.c.nullus. & c.crimen.
XV.q.vlt.c.cùm multæ.	LVI.diſt.c.ſtatus peruerſum.
XX.q.vlt.†c.cùm multi.	XXIIII.q.ij. §.ſi habes.
XXIII.q.v.c. cùm homo.	XI. q.iij. c.illud planè.
De conſec.diſt.j.c.in ſanctâ.	II.q.v.c.interrogatus.
Ext.de elec.c.innotuit.	D.de in ius vocan. l.adoptio. §.fin.
Ext. de off.deleg.c.ſanè.	D.de ritu nup. l.generali.
Ext. de ſponſ.c.non eſt nobis.	D.de aliena.iud. mut.cauſa fac.l.j.
Ext.de fil.presbyt.c. præſentium. in fin.	C.de pœnis.l.ſancimus.
Ext.de hæret.c.vergentis.	
D.de calumn.l.hæc actio.	
D.de muner.& hon.l.qui originem. §.filius.	

tex. impreſ. habet.c.eccleſia. §. item peccato.

non ext.

SOLVTIO.

NVLLVS punitur æternaliter pro peccato alterius, d. c. nullus. ſed temporaliter quandoque punitur quis vel propter enormitatem delicti, d.§. verum, vel propter terrorem. d. c.cùm multi.

REGVLA XXII.

SOLENNITATES iuris poſſe remitti de conſenſu partium.

PRO.	CONTRA.
Ext.de elec.c.cùm nobis.	Ext.de form.compe.c.ſi diligent.
Ext.de reſt.ſpol.c. literas. & c. licet.	Ext.de ſent.excomm.c.contingit.
Ext.de teſtam.c.requiſiuit.	II. q.vij.c.alienus.
D.de ferijs.l.i.	D.ſol.matri, l.alia.
Ext.de offic.deleg.c.gratum. & c.de cauſis.	D.de poſtul.l.quos prohibet.
C.de temp.& repar.app.l.vlt. in fine.	C.de iur.iur.cal.l.ij. §.Sed quia.
C.de epiſcopis,& clericis.auth. generaliter in fine.	

SOLVTIO.

PARTES poſſunt renunciare illis ſolennitatibus, quæ in eorum fauorem ſunt introductæ: non autem illis,† quæ ob bonum publicum, & pro communi omnium vtilitate, vt patet in contrarijs.

Eſſentialia enim contractus iure publico introducta non ſunt in contrahentium poteſtate. L. pacta conuenta. de contrah. emp. & L. nemo poteſt. de legat. i.

REGVLA XXIII.

Conceſſo principali, concedi & acceſſorium.

PRO.	CONTRA.
Ext. de cler. coniug. c. quod te.	*Ext. de conuerſ. coniug. cap. quidam intrauit.*
Ext. de fo. compe. c. ſi diligẽti.	*De pœnit. diſt. j. c. ſicut primi.*
Ext. de don. inter vir. & vx. c. de prudentia.	*XXV. diſt. c. primum.*
Ext. de fid. inſtr. c. inter dilectos. in fin.	*XX. q. iij. c. conſtituit.*
Ext. de off. deleg. c. preterea, & c. prudentiam in fin.	*D. depoſiti. l. j. & l. predia.*
D. de iuriſd. omn. iud. l. ij.	*D. de re iud. l. à Diuo.*
D. de re iud. l. quidam.	*D. de alimen. leg. l. alimenta.*
D. de reg. iur. l. cùm principale.	*D. de fundo inſtruct. leg. l. predia.*
D. de off. eius, cui man. eſt iuriſd. l. fin.	
C. de vſur. l. eos.	
C. de leg. & conſt. l. non dubium.	

SOLVTIO.

VBI acceſſorium conſiſtere poteſt ſine principali, conceſſo principali, conceditur acceſſorium: ſed non tolletur ſublato principali. Si verò tale eſſet quod non poſſet ſine principali conſiſtere, conceſſo principali, illud concedetur, & reuocato, reuocabitur, d. c. inter dilectos. In illo autem c. conſtituit, non erat principalis intentio inferendi bona, ſed religionem ſuſcipiendi, & ideo contradicit.

Additamenta ſequuntur ea, quibus ſunt propria.

REGVLA XXIIII.

Res inter alios acta alijs non præiudicat.

PRO

PRO	CONTRA.
XXIIII.q.j.c.ſubdiaconus.	Ext.de accuſat.c. de his criminibus.
XV.q.iij.c.nemini.	Ext.de ſent.& re iud.c. cùm ſuper.
II.q.v.c.interrogatum.	Ext.de rapt.c.in literis.
Ext.de offic.deleg.c.ſuper eò.	Ext. de verb.ſig.c.abbate.
Ext.de ſent.& re ind.c.cùm ſuper.	D.de libe.cauſa.l.diuus.
Ext.de tranſact.c.iuuenis.	D.de liber.agn.l ſi parens.
Ext.de iud.c.at ſi clerici.	D.de inoff.teſt. l.Papinianus.§.fin.
D.de lib.cauſa.l.ſi vſumfructum	D.de re ind.l ſepe.
D.quib.ex cauſ.maior. l.Lucius.	D.de prato.ſtip.l.ij.in princ.
C.res inter al.act.per totũ.	
C.quibus res iud. non noc. l.res inter.	

SOLVTIO.

REGVLARE eſt,quòd res inter alios acta alijs non præiudicat:fallit tamen in caſu,vbi ratione latæ ſẽtẽtiæ inter alios,res per executorem datur illi, pro quo lata eſt ſentẽtia,d.c.cùm ſuper.Tùnc enim tollitur poſſeſſio illi,contra quem non fuit lata ſententia. In omnibus iſtis caſibus,in quibus ex ſentẽtia fit ius:vtputa in cauſa liberali:quia ex quo quis pronuntiatur liber, vel ingenuus, nullus de cætero poterit illum ſuper libertate impetere.d.l.diuus. Item in cauſa filiationis: quia ex quo quis pronunciatur filius alicuius eſſe,nullus de cætero poterit ſuper hoc quæſtionem mouere.d.l.ſi parens.Item in quæſtione inofficioſi teſtamenti.d.l.Papinianus.Item in accuſatione : quia ſemel abſolutus non reaccuſabitur,d.c.de his. Itẽ in ſententia lata pro conſuetudine, d. c. abbate. Item ſi primum accuſatio , vel defenſio competit alicui,& tunc ſuſtinet ſequentem agere,fit ei præiudicium,& qui patitur eum,à quo cauſam habet,experiri. ext.de ſent. & re iud.c. quamuis.

REGVLA XXV.

Res inter alios acta , alijs non prodeſt.

PRO

Ext. de offic. deleg. c. quoniam abbas Leiceſt.

II.q.vj.c.ei qui appellat.§.definitiua.

C.quib.res iud. non noc. c. res inter.

C.de præſcrip.XXX.vel XL.an. L.vlt.

CONTRA.

Ext.de elec.c.ſuper eo.

Ext.de accuſat. c.ſuper his.

Ext.de verb.ſig.c.abbate.

VI.q.j.c. infames.

D.quemadmodum ſeruitut. amitt. l.ſi communem.

D.ſi ſeruit.vind.l.loci.§.ij.

D.ad L.Iul. de adult.l. denunciaſſe.

D.nautæ cau.ſta. l.fin.§ fin.

D.de inoff.teſtamēt.l.poſthumus. §.ſi quis.

SOLVTIO.

PRIMVM eſt regulariter verum, contraria ſunt exceptiones à regula.

REGVLA XXVI.

VBI aliquorum præſentia exigitur, in eorum abſentia nihil agi poteſt.

PRO.

LVIII.diſt.c obeuntibus.

†XXII.q.ij. c.animaduertendũ.

manuſcript. xxiiij.q.iij.

Ext.de off. deleg. c. cauſam matrimonij.

Ext.de elec.c.quod ſicut.& c.venerabilem.

D.de re iud.l.duo ex tribus.

D.de tranſac.l.cùm hi.§.ſi prætor.

D.ad L.Aquil.l.iij.

C.de teſtam.l.ſi vnus.

CONTRA.

XV.q.vij.c.felix.

LXIIII.diſt.c.ij.& penult.

Ext. de tempor.ord.c.ſi Archiepiſcopus.

Ext.de elec. c.cùm inter.

Ext. qui matr. accuſ.poſſ.c.videtur.

C.de repud. bon.poſſ.l.j.

C.de poſtul.l.velamento.

SOLVTIO.

PRAESENTIA alicuius deſideratur duobus modis. Aut propter neceſsitatem, & tunc vera eſt prima regula: aut propter honeſtatem, & talis abſentia non vitiat factũ, vt in contrarijs, & xxxij.q.ij.c.honorantur.

REGV-

REGVLA XXVII.

QVOD eſt licitum in genere, non eſt licitum in ſpecie.

PRO.	CONTRA.
Ext.de off.ord.c.ſi ſacerdos.	*Ext.de appell.c. inter cætera.*
VIII.q.ij.c.quod autem.	*Ext. de reſcrip.c.ad hæc.*
XIII.q.ij.c.non æſtimemus.	*Ext. de dol.& contu.c.ex literis.*
D.de quæſt.L.j.§.qui quæſtion.	*D.ſi quis caut.l.ſed & ſi.§.quæſitum.*
D.de iniurijs.L.item apud.§.cui.	

SOLVTIO.

QVOD licitum eſt in genere, & è conuerſo, niſi deſcenſus ad ſpecialia occaſionem mali inducat, vt patet per exempla poſita in prima parte Rubricę. & C.quæ res pig.oblig. poſſ.l.j.

REGVLA XXVIII.

Quòd licet tranſigere in ſpiritualibus.

PRO.	CONTRA.
LIII.diſt.c.generalis.	*Ext. de tranſact. c.ſuper eo. & c.præterea, & c. contingit.*
Ext.de off.deleg.c.ſi quando.	*Ext.de pact.c.cùm pridem.*
Ext.de præben.c.niſi eſſent.	*Ext. de ſimon.c. querelam.*
Ext.de tranſact.c.veniens. & c.de cætero.	*I.q.ij.c.quàm pio.*
	Ext.vt eccleſ.benefic. ſine dimin. confere. vnico.

SOLVTIO.

TRANSACTIO interuenire in ſpiritualibus non poteſt, ſed amicabilis compoſitio, dict.c. ſuper eo. Quod autem dicitur in d. c.de cætero. & d.c.ſi quando factum reſpicit, non ius. Quod verò d.c.de cætero, & d.c.niſi eſſent, dicitur: habet locum, vbi abſque partium pacto per iudices fit talis diſpoſitio. Magiſter Laurentius dixit, quòd ſi agatur ſuper re ſpirituali, tanquã ſuper beneficio, habent locum præmiſſa: ſi verò tanquã ſuper proprietate, poſſet fieri tranſactio, ita quòd ſpiri-

tuale daretur pro ſpirituali, quia poſſunt in tali caſu ſpiritualia permutari.extra.de rer.permutat.cap.ad quæſtiones.

REGVLA XXIX.

SI præſtem patrocinium petēti rem meam, facio mihi præiudicium.

PRO.	CONTRA.
Ext.de tranſac.c.ex literis	*Ext.de rer. permut. c. cum vniuerſorum.*
Ext.de his que ſi.à maio .par. c. ex ore.	*D. de rei vind. l. inter officium.*
LXIII.*diſt.c.cùm Hadrianus.*	*D.de re iud.l.ſæpe.*
D.de inoff.teſt.l.vlt.	*D.de pig.act.l.Gaius.*

SOLVTIO.

DISTINGVE ſcientem & conſentiētem ab ignorante, quia ignorantia facti nulli nocet, D.de iur.& fact.ignor.l.error fact.niſi eſſet ſupina.D.de iur.& fact. ignor.l.regula. §.j.

REGVLA XXX.

Vtilem ſimulationem permitti.

PRO.	CONTRA.
D.de Dol.L.j.	XXII. *q.ij.c. quotiens.*
Ext.de conuerſ.coniug.c.chariſsimis.	XXVII.*diſt.c. quod interrogaſti.*
Ext.de his que vi met. c.perlatum.	*Ext. de regula. & tranſ.c. vidua, & c.vt clerici.*
De conſec..diſt.ij.c. acceſſerūt.	*Ext.de elec.cùm cauſam.*
XXII.*q.ij.c.*† *vtilitatem.*	*Ext.de donat.c.inter dilectos.*

Text.habet, vtilem.

SOLVTIO.

DOLVS, fraus, & ſimulatio æquiparantur, & ſunt nomina actiua, ac nunquam permittuntur per canones, quia illicita ſunt, & canon non permittit illicitum.xxiij.q.iiij.c.qui peccant. Aliquando autem fraus ſeu ſimulatio vocatur quædam aſtutia in deuitando periculo.d.c.perlatum. vel in redigēdo alio in anguſtias, vt ſatisfaciat, d.c. vtilitatem.

REGV-

REGVLA XXXI.

AD conſequentiam eſſe trahendum quod aliquibus præcipitur, aut indulgetur.

PRO.	CONTRA.
Ext. de iur. cal. c. inherentes.	*L. diſt. c. purgabis.*
XXIII. *diſt. c. in nomine domin.*	LI. *diſt. c. miramur.*
XXII. *q. i. §. his itaque.*	VI. *diſt. c. ad* †*eius verò.*
XXVI. *q. i. c. non exemplo.*	*Ext. de ſen. & re iud. c. in cauſis.*
XVI. *q. i. c. hinc eſt. & c. prædicatur.*	*D. de leg. & conſt. l. iura.*
Inſt. de iur. nat. §. planè.	
C. de fideicom. liberta. l. penult.	
D. de iur. & fac. ign. l. reg. §. fi.	

† *Nuſquam apparet in edito iure Pontificio.*

SOLVTIO.

IVS commune porrectum omnes contingit iuxta illud, Quod vni dico, omnibus dico. Si autem aliquid alicui contra ius commune cōcedatur, perſonam eius non excedit, vt in contrarijs.

REGVLA XXXII.

QVOD delictum prælati non redundat in damnum eccleſiæ.

PRO.	CONTRA.
XVI. *q. v. c. ſi epiſcopum.*	*Ext. de arbitris. c. dilecti.*
Ext. de depoſito. c. grauis.	*Ext. de donat. c. inter dilectos.*
Ext. de reſt. ſpol. c. requiſiuit.	XXVI. *q. ij. c. ita nos.*
Ext. de iura. cal. c. in pertractandis.	*C. de ſacroſ. eccleſ. l. iubemus.*
Ext. de donat. c. fraternitatem.	

SOLVTIO.

DELICTVM quod conſiſtit in omittendo, redundat in damnum eccleſiæ: puta, ſi omittat interrumpere præſcriptionem. Delictum verò quod conſiſtit in faciendo: puta, ſi occidit hominem, vel ſimile quid fecerit, non redundat: niſi fortè vniuerſitas tota deliquerit. d. c. ita nos. & d. l. iubemus. vel niſi ageretur pro vniuerſitate, & conſtitueretur aliquid pro vniuerſitate.

REGVLA XXXIII.

Iudicem non poſſe recuſari ſine cauſa.

PRO.	CONTRA.
Ex. de his quæ ſi.à maio.par.c.j.	Ext.de elec.c.quia diligentia.
Ext.de eo qui mit.in poſs.c. cùm ſicut.	Ext. de app. c.ſuper eo. & c.ſecundo requiris.
Ext. de app. c. poſtremo. & c.ſecundo requiris.	II.q.vi.c.quia ſuſpecti.§.fin.
	C. quando Imp. inter pup. & vid.L.j.§ fin.
	C.ſi quacunque præd.pot. L.j.
	C.de iud.l.apertiſsimi. & Auth. Si verò contigerit.
	D.ad municip.l.ij.
	D.de lega.ij.l.ſi quando.

SOLVTIO.

VBI remouetur appellatio, non admittitur recuſatio: niſi interponatur à manifeſto grauamine, & ita reijcitur: ſicut remota appellatione non admittitur appellatio: niſi cauſa ſubſit, & aſsignetur, & probetur. d.c.ſecundo requiris. quia remota appellatione, recuſatio intelligitur remota, d. c. ſuper eo. aliter non eſt neceſſe cauſam appellationis aſsignare, d.c. ſecundo requiris.§.fin. Sed certè cauſa recuſationis ſemper hodie eſt admittenda. ext. de app. c. cum ſpeciali.

REGVLA XXXIIII.

PROCEDENDVM eſſe abſque perſonarum acceptione.

PRO.	CONTRA.
Ext.de iudic.c.nouit.	Ext.de off.ord. c.paſtoralis.
Ext.de conſtit.c.cùm omnes.	II.q.vlt.c.quiſquis.
Ext.de mutuis pet.c.ex liter. & c.ſeq.	VIII.q.j.c. illud inferendum.
II.q.iij.c. ſi quis presbyter.	XL.diſt.c.homo Chriſtianus.
I.q.vlt.§.hinc Petrus.	XXIIII.q.j.c. qui contra pacē.
	D. de pœnis, leg.maiorem. & l. quædam.

SOLVTIO.

QVANTVM ad definitiuam ſententiam, non eſt acceptio perſonarum habenda: imò ita iudicandus

candus eſt magnus, vt paruus. d. c. nouit. In proceſſu autem negocij, & in perſonarum executione poterit certa ratione perſonarum acceptio habere locum. d. c. quiſquis.

REGVLA XXXV.

FRVSTRA petit debitum, qui quod debet, non impedit.

PRO.

Ext. de vſur. c. fruſtra.
Ext. de app. c. an ſit.
Ext. de relig. dom. c. conſtitutus.
Ext. de iura. cal. c. peruenit.
Ext. de mut. pet. c. j. & ij.
Ext. de adult. & ſtup. c. intelleximus.
XCV. *diſt. c. eſto ſubiectus.*
XXXV. *queſt. vj. c. nihil.*
C. de tranſact. l. ſi quis maior.
D. de compenſ. per totum.

CONTRA.

XXXIII. *q. j. c. noli.*
XXXIII. *q. v. c. quod deo.*
Ext. de reſt. ſpol. c. in literis.
Ext. de iureiuran. c. debitores. & c. tua.
Ext. de diuort. c. ſignificaſti.
D. de furt. l. qui vas. §. ſi ego.

SOLVTIO.

NON præſtans vel ſolués debitum, ſi petat id quod ſibi debetur, repelletur oppoſita compenſatione, ſi debitum ſit liquidum. C. de compenſat. L. fin. Idem eſt in dolo, qui actione de dolo tenetur, non aget de dolo, l. ſi duo. D. de dolo. ſi in eadem re dolus commiſſus ſit: ſi autem in diuerſis, ſecus, d. c. in literis. Idem in criminibus. d. c. intelleximus. & d. c. ſignificaſti. Sed cõtingit etiam contra propter fauorem matrimonij.

REGVLA XXXVI.

Celeritatem eſſe amplectendam.

PRO.

II. *q. j. c. ſicut.*
V. *diſt. c. baptizari.*
Ext. de ſent. & re iud. c. ſurgantium.

CONTRA.

L. diſt. c. †*ponderet.*
XXVIII. *diſt. c. j.*
XXX. *diſt. c. communis.*
XXVII. *q. j. c. ſi homo eſſes.*
XXX. *q. v.* †*c. iudicantem.*
XI. *q. iij. c. cùm apud. & c. illa.*
D. de nouat. l. doli in fin.

> *Celeritas actus inducit ſuſpicionem fraudis, l. ſi ventri. §. fin. & ibi Bar. de priuil. cred.*
> †*in manuſcript. xxxi. q. iiij.*

SOLVTIO.

FESTINANDVM eſt, ne quid tardiùs iuſto fiat. xxvij.quęſt.ij.c.qui oblationes. Vbi autem canō vel lex dat dilationem, non debet dici mora, ſed potius tempus debitum, rebus talibus aſcriptum, D.de iudic. l.ſi debitori.

REGVLA XXXVII.

Ei ſubeundam eſſe talionem, qui inſcribit.

PRO.	CONTRA.
Ext.de ſimon. c.licet Heli.	*IIII.q.iij.§.aliquando.*
Ext.de accuſa.c.ſuper his.	*XV.q.iij.c.de crimine.*
II.q.iij.c.calumniator.	*XXXIII. q.iij.c.hec imago.*
II.q.viij.c.quiſquis.	*Ext. de accuſat.c.ſuper his.*
C.de accuſat.l.vlt.	*D.de accuſat. l. leuia.*
	D.de his quibus vt indig.l.tut.
	C.de abig.l.vna.
	C.de accuſat. l.ij.
	C.de ſal.mon.l.ij.
	C.de ſepul.viol.l.fin.
	C.de Iudeis. l.ne quis.
	C.de pact.l. apoſtatarum.

SOLVTIO.

REGVLARE eſt, quòd inſcribendum ſit ſub pœna talionis, vbi accuſatio inſtituitur, ſecundum quoſdam. fallit tamen in contrarijs. Nempe in crimine abigeatus: & in ijs caſibus, in quibus mulieri conceditur accuſare non exacta ſubſcriptione. C. qui accuſar. non poſſ.l.de crimine, & l.qui crimen. & c.de calum.l.ij.

REGVLA XXXVIII.

Spoliatum ante litis ingreſſum eſſe reſtituendum.

PRO	CONTRA.
III.q.i.per totum.	*Ext.de reſt.ſpol. c.literas, & c.ex transmiſſa. & c. accepta.*
Ext.de ord.cognit.c.cùm dilectus.	*Ext.de ord.cog. c. intelleximus.*
Ext.de reſt.ſpol.licet, & c.ex conqueſtione.	*Ext.de diuort.c.ſignificaſti.*
D.commodat.l.ita.	*II.q.i.c.in primis.*
D.de vi.pu.l.quæ recuſat.	*C.de donat. inter vir. & vx.leg.ſi maritus.*

SOLV-

SOLVTIO.

REGVLARE eſt, quòd ſpoliatus ante litis ingreſſum principaliter ſit reſtituẽdus, ſi tantùm probet ſe eſſe ſpoliatum, & poſſediſſe eo tempore, quo ſpoliabatur, ext. de off. deleg. c. conſultat. fallit tamen hoc, vbi petenti reſtitutionem vxoris, opponitur conſanguinitas: quia fit reſtitutio quantum ad familiam, & non quantum ad thorum, ſi probationes ſint paratæ. d. c. intelleximus. Et fallit, vbi vxor repulſa adulteratur, d. c. ſignificaſti. Item, vbi vir qui petit reſtitutionem, eſt ſuſpectus, d. c. ex tranſmiſſa. Item, vbi renunciauit quis poſtea rei ablatæ voluntariè, d. c. accepta. Item, vbi ſcãdalum timetur, d. c. in primis. Item, vbi ſimul agitur ſuper poſſeſsione, & in proprietate: quia lata ſententia præualet proprietas in executione. ext. de cauſ. poſ. & propriet. c. cùm dilectus.

REGVLA XXXIX.

PRONIORA ſunt iura ad abſoluendum, quàm ad condemnandum.

PRO.	CONTRA.
XXXV. q. IX. c. loci.	*Ext. de probation. c. ex literis.*
De pœnit. diſt. vij. c. baptizari.	*Ext. de reg. iur. c. eſtote.*
L. diſt. c. p ſiquam. & c. abſit.	*Ext. de fi. inſtr. c. inter dilectos.*
XXIII. q. iiij. c. eſt iniuſta. & c. duo.	*Ext. de cauſ. poſ. & propriè c. iij.*
	XXVII. q. vij. c. ipſa pietas.
Ext. de elect. c. Oſius Epiſcop.	*XXV. q. vlt. c. alligatum.*
Ext. de ſpon. & mat. c. veniens.	*D. de pœn. l. reſpiciendum.*
Ext. de ſortileg. c. ex duabus.	*D. de act. & oblig. l. Arrianus.*
D. de off. preſid. l. obſeruare.	
D. de rei vind. l. officium.	

SOLVTIO.

REGVLA præmiſſa vera eſt, vbi pares ſunt probationes. tunc enim potior eſt rei cõditio, præterquã in cauſa liberali, d. c. ex liter. Et in cauſa inofficioſi teſtamenti, D. de inoff. teſt. l. ſi pars iudicant. vbi indiſtinctè tenet ſẽtẽtia lata pro teſtamẽto: niſi ſint pares iudices, & diuerſas ferãt ſententias. Et idẽ dicendũ eſt in matrimonio: quia res fauorabilis eſt, ext. qui mat. accuſ. poſ. c. vid. ideoque ſiue iudices diſcordãt, ſiue teſtes, potior eſt

eſt pars illa,quæ ſtat pro matrimonio . Vbi autem actor probat intentionē ſuā,& reus nihil probat cōtrà,conſtat vincere actorē, eumq́ue potiorem haberi.d.l: officium. In alijs verò contrarijs ideo dixi duriorem inueniri conditionem rei, quia ex ſpecie facti præſumitur aduerſus eum, vel propter periculum animæ certior pars capitur.d.c.Oſius.& c.d.baptizari.Illud tamē obſerua,quòd duobus iudicibus ordinarijs diuerſa iudidicantibus,tenet ſententia pro reo, & non pro actore: niſi in quatuor caſibus,dote, libertate,teſtamento,matrimonio.Si verò ſint iudices delegati,conſulitur ſuperior:ſi arbitri, neutrius tenet ſententia.ext.de ſentent. & re iud.c.vlt.

REGVLA XL.

VNVM duarum perſonarum vicem ſuſtinere non poſſe.

PRO	CONTRA.
IIII.*q.iij.c.j.*	*Ext.de proba.c.ex literis.*
XVI.*q.j. c.presbyteros.*	*Ext.de elect.c.in cauſis.*
LXXXIX.*diſt.c.ſinguli.*	XXI.*q.ij.c.relatio.*
Ext.de teſtibus.c. inſuper.	XXX.*q.i.c. ad limina.*
Ext.de præbend. c.quia in tantum.	X.*q.iij.c.vnio.*
D.*de par. l.ſi plures.*	*D. de adopt. l.ſi conſul.*
C.*de aſſeſſ.l.nemo.*	D.*quod cuiuſque vniuerſ. l.item eorum.*

SOLVTIO.

IN his quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, interdum gerit quis vices plurium perſonarum, d. l.ſi cōſul.& in his,quæ extra iudicia gerūtur, iure priuatarum perſonarum : niſi ratione vnius iuriſdictionis gerat quis vices plurium perſonarum,d.c.in cauſis.In iuriſdictione autem contentioſa, non poteſt quis vicem plurium perſonarum gerere.iij.q.iiij.c.j.& ij. Et multo minus in officijs ac beneficijs eccleſiaſticis, d.c.quia in tantum. quia nemo pro vno homine vix condignum, nedum nimium boni præſtare poteſt:& quia negociationis,& turpis lucri maculam habet.xxj.q.j.c.ij.Item in alijs caſibus in iure hoc exprimentibus.

REGVLA XLI.

QVI occaſionem dat damni, damnu mdediſſe videtur.

PRO.

Ext.de homicidio.c.de cætero.
Ext.de teſtibus.c.ſicut.
LXXXVI.*diſt.c.paſce.*
I.*q.i.c.placuit.* & *c.vnuſquiſq.*
XXXIII.*q.v.c.de occidendis.*
L.*diſt.c.ſtudeat.* & *c.hi qui.* & *c.ſæpe.*
XXVII.*q.ij.c.ſi tu abſtines.*
D.*ad l.Aquil.l.qui occidit.*
D.*ad l.Cor.de ſica.l.nihil intereſt.*
D.*vi.bon.rap.l.penult.§.ſi quis in fin.*

CONTRA.

Ext.de conceſ.præbend.c.quia diuerſitatem.
Ext.de diuort.c.ſignificaſti.
XXXIII.*q.v.de occidendis.*
D.*de ſeruo corrup.l.Neratius.*
D.*de fur.l.verum.*
D.*de act.emp.l.ſi ſterilis.§.cùm per venditorem.*

SOLVTIO.

IN præmiſſa regula ſupplendum eſt, Qui occaſionẽ damni dat cum culpa. Et ſic ſoluitur c.illud, de occidendis. Item is, qui occaſionem damni dat cum culpa, videtur dediſſe damnum, ſi dedit occaſionem proximam: ſecus ſi remotam, d.l.Neratius. Quando autem aliquis dat occaſionem mortis: quantum ad inductionem irregularitatis, diſtinguitur, quia ſi dabat operam rei illicitæ, imputatur ei: ſi verò rei licitæ, & adhibuit diligentiam quam debuit, non imputatur ei, ext.de homic.c.ex literis.& c.tua nos. & c.vlt. Dicta autem lex, ſi ſterilis, loquitur in contractibus, & non in delictis.

REGVLA XLII.

De ſe confeſſo non creditur ſuper crimine alterius.

PRO.

C.*de accuſat.l.vlt.*
Ext.de teſtib.c.veniens.
Ext.de adult. & *ſtup.c.ſignificaſti.*
II.*q.v.c.interrogatum.*
XV.*q.iij.c.nemini.*
IIII.*q.3.c.placuit.§.itẽ in crim.*
D.*de queſt.l.maritus.*

CONTRA.

Ext.de teſtib.c.quoniam.
C.*de ferijs.l.prouinciarum.*
C.*de fal.mo.l.j.*
C.*de maleſ.* & *mathem.l.ſi.*
D.*de cuſtod.* & *exhib.reo.leg.Diuus.*

SOLV-

SOLVTIO.

PRIMA regula obtinet regulariter. Contraria ſunt ſpecialia. Vel non creditur alicui de ſe confeſſo ſuper alieno crimine, quantum ad certam fidem faciendam, ſed qualem qualem coniecturam inducere.

REGVLA XLIII.

Teſtimonium vnius non valere.

PRO.	CONTRA.
Ext. de teſtib. c. veniens.	*Ext. de teſtib. cog. c. præterea.*
D. de queſt. l. maritus.	*Ext. de procur. c. ex inſinuation.*
XXXIII. *q. ij. c. admonere.*	I. *q. vit. c. didicimus.*
IIII. *q. iij. c. placuit. §. item in criminali.*	VIII. *q. iij. c. talia.*
	C. ad l. Cornel. de fal. l. ſi quis decurio.
	D. de dot. præleg. l. Theopompus.

SOLVTIO.

VNI fides extra iudicium adhibetur abſque præiudicio alterius. In iudicio autem non creditur vni: quia ibi fieret præiudicium illi, contra quem teſtificatur. Tamen propter dictum vnius potent ſpectata cauſæ qualitate ſacramentum deferri. d. c. ex inſinuatione. In caſibus etiam ſpecialibus, præcipuè in ijs, quę in nullius detrimentum, & producentis cõſeruationem vergunt, & quæ non ſolent niſi ab vno videri, aut quę alias aliter expediri non valent, & res eſt modici præiudicij, creditur vnius teſtimonio, d. c. præterea. & d. l. ſi quis decurio. & d. l. Theopompus. Item ſi dubitatur de aliquo inſtrumento, creditur tabellioni, ſi dicat à ſe conſcriptum inſtrumentum.

REGVLA XLIIII.

QVEMLIBET de vniuerſitate admitti in teſtimonium pro ea.

PRO.	CONTRA.
XIIII. *q. ij. c. ſuper prudentia.*	II. *q. vj. §. biduum.*
XII. *q. ij. c. qui manumittitur.*	IIII. *q. iij. §. nullus idoneus.*
D. de rer. diuiſ. l. in tantum. §. i.	*C. de teſtib. l. omnibus.*
Inſt. de leg. §. legatarius.	*D. de teſtib. l. idonei.*

SOLV-

SOLVTIO.

QVI in cauſa vniuerſitatis fert teſtimonium, pro nullo de vniuerſitate hoc fert. ergo nec pro ſe, quamuis pars ſit vniuerſitatis, D. ad l. Iuliam maieſt. l. quiſquis. Et hoc verum eſt, maximè in his, quæ aguntur ſecretò in vniuerſitate, nec poſſunt per alios extraneos probari. ext. de probat. c. tertio loco. Nam ea, quæ fiũt in domo, probantur & per domeſticos. C. de adminiſt. tutor. l. lex quæ tutores: §. ante. & C. de repud. l. conſenſu. §. ſuper. Si verò commodum, vel incommodum ſingulorum de collegio reſpiciat, non eſt is teſtis admittendus. d. c. nullus idoneus. & d. l. omnibus.

Vide Cyn. in l. parentes. in ult. q. C. de teſtibus.

REGVLA XLV.

Teſtes non eſſe cogendos.

PRO.	CONTRA.
Ext. de teſtib. cogend. c. ſuper eo.	*Ext. de teſtib. cog. c. i. ij. & penult.*
x. q. ij. c. precariæ.	*Ext. de crimine fal. c. falſidicus.*
II. q. i. c. ſi peccauerit.	*Ext. de teſtib. c. intimauit.*
II. q. vij. c. ſtatuendum. in fin.	*XXIII. q. ij. c. j. & c. quanquam.*
XXII. q. ij. c. ne quis in fin.	*XI. q. iij. c. quiſquis.*
	D. de teſtibus. l. i.

SOLVTIO.

VARIAE ſunt ſententiæ circa hanc materiam. Hoc tamen inter cætera eſt tenendum, quòd ſi veritas per alios non poſſit aperiri, cõpelluntur & clerici perferre teſtimonium, ne veritas occultetur. Et eo, qui vult producere teſtes, dicente per alios veritatem liquere non poſſe, is qui dixerit oppoſitum, tenetur probare ſuam affirmatiuam. ext. de elec. c. bonæ. & vi. q. vlt. accuſator.

REGVLA XLVI.

Exemplum inſtrumenti non exemplatũ non valere.

PRO.	CONTRA.
Ext. de fid. inſtr. c. ſi ſcripturã.	*Ext. de priuileg. c. cùm olim.*
C. de diuerſ. reſcr. l. ſancimus.	*C. de teſtam. l. publicati.*
C. de eden. l. ſi quis in aliquo.	*C. de iur. emph. l. vlt. i. Reſpon.*
	D. de adminiſt. tut. l. chirographũ.
	In Auth. vt frat. filij. §. illud.

SOLV-

SOLVTIO.

NON valet exemplum ad probationem, niſi exemplatum in actis, vt eſt expreſſum ext. de fide inſtrumentorum. c. vlt.

REGVLA XLVII.

Taciturnitatem habendam pro conſenſu.

PRO.	CONTRA.
LIIII.diſt.c.ſi ſeruus ſciente.	*D.de furt. l. qui naſcitur. §. necare.& l.vlt.*
XXVIII.diſt.c.diaconi.	*D.de procur.l.vel in operis.*
Ext.de præſumpt.c.nonne.	*D.quib mo. pig. vel hipo.ſol. l.ſicut re corporali. §. non videtur.*
Ext.de frigi.& malef.c.accepiſti.	*Ext. de præſcript. c. nihil prodeſt.*
D.de re iud.l.ſæpe.	*LXXXVI. diſt.c. tanta nequitia.*
D.de euic.l.quidam.	*De conſec.diſt. iiij.c.cùm pro paruulis.*
D.de don.inter vir.& vxo.l.ſi ſeruus communis.	
D. manda. l.ſi remunerandi. §. ſi paſſus.& l.qui patitur.	
D.rem ra.habe.l.Non tantum.	
C. de condi. indeb. l.indebitum.	

SOLVTIO.

TACERE medium eſt inter expreſſam contradictionem, & conſenſum apertum. Vnde qui tacet, non fatetur, ſed nec contradicit, D.de reg.l. qui tacet. Quandoque tamen propter fauorem habet ſe ad conſenſum. d.c.ſi ſeruus. quandoque ad contradictionem propter odium. d.l. vel in operis. præiudicatur tamen tacenti ſuper indicia, ſi patiatur ſuſcipi iudicium ſuper ea re, cuius defenſio pertinet ad eum vel principaliter, vel ſecundariò.d.l.ſæpe. & ext. de ſentent. & re iud. c. quamuis. Quamuis & aliter præiudicatur ei, ſua contradictione poſſet impedire facientẽ aliquid in præiudiciũ ſuũ ſine fraude. Si autem faciens in fraude verſaretur, ſecus eſt, d.l.qui naſcitur.§.necare. quia non nocet tacenti. Si autem non poſſet impedire facientem contradicendo, etiam ſi non verſetur in fraude faciẽs, tamen non ſit præiudicium tacenti. Si tacente aliquo, rem eius vendam, non nocet, & ſi non cõtradicat: quia vende-

vendere poſſum,quãtum ad mei pręiudicium , etiamſi contradiceret.D.de contrah.emp.l. rem alienam.Non ita ſi donem:quia res aliena non poteſt donari. D.de dona.l. in ædibus.

REGVLA XLVIII.

QVOD de vno negatur,de altero non negato cõceditur.

PRO	CONTRA.
Ext.de præſump.c. nonne.	*Ext.de tranſlat. epiſc.c.inter corporalia.*
xv.q.iij.c.ex eo.	*xxiiii.q.ij.c.ſanè.*
xxvii.q.ij.c.lex diuinæ.	*xxiii.q.iiij.c.forte.*
Diſt.xxv.c.qualis hinc quiſq.	*xxii.q.iiij.c.mulier ſi fide.*
D.de procurat.l.mutus.§.i.	*xxxii.diſt.c.hoſpitiolum.*
	xlv.diſt.c.diſciplina.
	D.de procur.l.Pomponius.§.i.

SOLVTIO.

REGVLAE iſtæ habent locum in immediatè contrarijs: quia ſi vnum contrariorum immediatè eſt bonum,reliquum eſt malum, d.c. hoſpitiolum : dummodo illa contraria ſint ſpecies diuerſorum generum, vt ſunt virtus,& vitium,vel vbi ſunt vitia tantum, vt auaritia,prodigalitas,&c. Secus in virtutibus. At ſi ſunt eiuſdem generis,vt nubere, & non nubere,ſunt quidẽ contraria oppoſita,ſed ſunt ſpecies eiuſdem generis,& vtrumque eſt bonum.xxvij.q.j.c.ſic enim. Vnde minimè ſequitur,quòd ſi concedatur nubere,inde intelligi prohibitum alias, ne nubatur : quia vnum connexorũ non intelligitur diuerſum à reliquo.Vnde quicquid dicitur de vno connexorum , & de reliquo dictum intelligitur.ext.de conſtit.c.tranſlato. Et idem in ſimilibus. ext.de reſcript.c.inter cæteras,in fin.

REGVLA LIX.

PRAESVMPTIONEM iuris admittere probationem in contrarium.

PRO.	CONTRA.
Vi.q.i.in præſentium.	*Ext.qui mat.accuſ.poſ.c.Inſi.p.*

C xxxv.

XXXV.q.ij.& iij.c.extraordinaria.
Ext.de renunciat.ſuper re.& c.in præſentia.
Ext.de preſump.c.quia veriſim.
Ext.de reſt.ſpo.c.audita.& c.i.
C.de negot.geſt.l.alimenta.
C.de don.inter virum,& vxor.l.etiamſi.
D.Quod met.cauſ.l.nō eſt veriſi.

Ext.de relig.& tranſeun.ad relig.c.vidua.
Ext.de condit.appo.c.per tuas.
XXXVII.q.i.c.viduas autem.
C.ad Macedon.l.vlt.in fi.
C.de rei vxo.ac l.vna.
D.de adopt.l.his verbis.

SOLVTIO.

VBI ius ſuper certo facto fingit aliter, quàm veritas in ſe habet: vt ſi aliquis reuertatur ex captiuitate, fingit ius ipſum non fuiſſe in captiuitate, vide Inſtitut. quibus mod.ius pat.poteſt. ſol.§.ab hoſtibus.in huiuſmodi caſu non admittitur probatio in contrarium. Si verò præſumit ſuper facto incerto, admittitur probatio in contrarium, d.c.quia veriſimile. niſi expreſsè aliud in iure reperiatur cautum. Tunc enim non admittitur, C.ad Macedon.l.fin.& d.c.inſuper.niſi ipſum ius dixerit talem probationem in contrarium eſſe admittendam, d.l.alimenta. In ſumma, ſemper admittitur probatio in contrarium: niſi in caſibus ſpecialibus, vbi ius dicit probationem non admitti, d.c.vidua.

REGVLA LX.

ID ſolum computari in fructibus, quod deductis expenſis ſupereſt.

PRO.

Ext.de vſur.c.plures.
Ext.de iureiur.c.ad noſtram.
XII.q.ij.c.vobis enim & fam.
D.famil.erciſ.l.fundus.
D.de pet.her.l.ſi à patr.§.vlt.
C.de fruct.& lit.expen.l.i.

CONTRA.

Ext.de decim.c.cum homines.& c.non eſt.& c.paſtoralis.

SOLVTIO.

DEDVCVNTVR ſumptus ex fructibus in perſonali actione, D.ſolut. matrim.l.fructus. Similiter in actione reali, C.de fruc.& lit.expen.l.j.& ij.& in mixta, d.l.

d.l.ſi à patre,fallit autem in decimis prædialibus, cùm dominus eas in ſignum vniuerſalis dominij retinuerit,ext.de decim.c.cùm non ſit. In perſonalibus tamen decimis;puta in mercibus emptis de pecunia decimata locum habet,quòd hîc dicitur, d.c. paſtoralis.

REGVLA LXI.

Fidem non ſeruanti,fides ſeruanda non eſt.

PRO.	CONTRA.
Ext.de mut.petit.c.i.	*XXIII.q.j. c.noli.*
Ext.de iureiur.c.peruenit.	*XXII.q.iiij.c.innocens.*
Ext.de diuort.c.ſignificaſti.	*XXXIII.q.v.c. quod deo.*
Ext.de adult.c.intelleximus.	*X.q.ij.§.hoc ius porrectum.& §. quod verò res.*
Ext.de relig.dom.c.conſtitutus.	
XCV.diſt.c. eſto ſubiectus.	
XXXII.q.vi.c.nihil iniquius.	
C.de tranſac.c.ſi quis maior.	

SOLVTIO.

FIDEM nonſeruanti non eſt fides ſeruanda, ſi per fidem illam taliter præſtitam fuerint obligati, quod ab illa obligatione conſenſu vtriuſque poſsint recedere tacitè,vel expreſsè, vt in contractibus fieri conſueuit.Si autem obligatio fuerit talis,quòd etiam cum voluntate eorum qui fidem dederint, diſſolui non poteſt, quamuis alter nonſeruet fidem, non tamen ideo reſiduus exoneratur ab obligatione. d. c.quod deo.

REGVLA LXII.

QVOD dignitas delinquentis peccatum auget.

PRO.	CONTRA.
L. diſt.c.quia ſanctitas.	*Ext.ſ.q. j. c. quicquid.*
XL.diſt.c.homo Chriſtianus.	*I.q.iij.c.ſaluator.*
XXV.q.j.c.nulli fas ſit.	*XXIIII.q.j.c. qui contra pacem.*
XXXII.q.v.c.qui viderit.	*D.de pœnis. l.maiores.*
XI.q.iij.c.precipuè.	*C.vt nemo priua.tit.ſu.poſ.l.ij.*
Ext.de iureiur.c.cum quidam.	
D.de re milit.l.omne delictum. §.augetur.	

SOLVTIO.

IN quantitate contemptus metitur deus quantitatē delicti,tantumque fruitur iuſtus, quantum amat,vj. q.j.c.quæro ergo.ſimiliter tantū peccat quis,quantum contemnit. Quanto verò quis eſt maior, tanto magis contemnere præſumitur. Et ſic intelligitur prima Rubrica.Pœna verò pecuniaria, vel ſpiritualis maior imponitur nobili,quàm ignobili, C. de iudi.l. properandum.§.fin autem vtraque. ſed corporalis maior imponitur ignobili.Inſt.de publ. iudic.§.lex Corn. Arg.contra xxxv.diſt.c. ante omnia.

REGVLA LXIII.

NVLLA peſtis efficacior, quàm familiaris inimicus.

PRO.	CONTRA.
C.de donat.l.lata iam.	XXXII. *q.iiij.c. nemo.*
Ext.de reſcrip.c.nihil prodeſt.	XXVI. *q.vj.c.vlt.*
Ext.de heret.c.cùm ex inimico.	*Ext. de renunc.c.cùm iam pridē*
XII. *q.j.c.certè ego ſum.*	
XCIII. *diſt.c.ſi inimicus.*	
XIII. *q.ij.c. quibus.*	

SOLVTIO.

PRIMA regula vera eſt,nec fallit. Nam non eſt deterior hoſtis,quàm familiaris inimicus: & nihil erit, neque eſt aſperius, quàm ſimulatus amor. quia hoſtis incognitus,ſi eſt familiaris, non poteſt caueri: à manifeſto hoſte faciliùs cauetur.Vnde dicitur,Iacula præuiſa minus feriunt: exorbitantia non tangunt punctum.

REGVLA LXIIII.

Vacantem eccleſiam conueniri non poſſe.

PRO.	CONTRA.
Ext.ne ſed.vacan.c.j.	XII. *j.q.ij.c.vobis enim & famæ.*
Ext.de elect.c.auditis.	*D.de minor. l.ait prætor.§.j.*
Ext.de præſcrip.c.de quarta.	*D.de tutel.l.iij.§.j*
XII. *q.ij.c.ſi qua de rebus. & c.precariæ.*	*Inſt.de curato. §. inuitum.*
	D.quib.ex cauſ. in poſſ. l.hæc autem locum. & l. Fuluinius. §. adeò.

SOLV-

SOLVTIO.

PRAESCRIPTIO ceſſat vacante eccleſia:& continuatur tempus præſcriptionis, quod cœpit currere in vita prioris prælati, ſubducto de medio tempore vacationis eccleſiæ, d.c. auditis. Poterit nihilominus medio tempore rem alterius præſcribere, ne torqueatur in eius læſionem, quod introductum eſt in fauorem ipſius. C. de legibus & conſt. l. quod fauore. Sed conueniri poterit, & neceſſe habebit reſpondere, & petere curatorem, ſiue actorem, ſicut fit in minore. inſt. de curat. §. inuitum. Eccleſia enim vtitur iure minoris. ext. de in integ. reſtit. c. requiſiuit.

REGVLA LXV.

SECVNDVM canones actionem non eſſe exprimendam.

PRO.	CONTRA.
Ext. de iudic. c. dilecti ſibi.	*Ext. de depoſ. c grauis.*
Ext. de dol. & contuma. c j.	*Ext. de ind. c. examinata.*
Ext. de except. c. paſtoralis.	*Ext de mut. pet. c. ex literis.*
	XI. q. j. c. relatum.
	D. de admi. tut. c. quotiens. §. item ſi perſonali.

SOLVTIO.

DE iure canonico nullum dicimus eſſe compellendum edere actionem. Si tamen voluntariè edat, petenda eſt. d.c. examinata. Et idem eſt in interdictis. ext. de reſtit. ſpol. c. cùm ad ſedem. In contrarijs autem cauſa exprimenda eſt, ex qua naſcitur actio petendi, quod debetur petenti. Inſtit. de actionib. in princ. ſaltē enim actionem ſcilicet, cauſam petendi debemus exprimere, non autem nomen actionis. Vt peto à te hoc, vel illud, actione ex empto. ſed ita, Peto à te hoc, vel illud, quia vendidiſti mihi.

REGVLA LXVI.

Quòd induciæ ſunt arbitrariæ.

PRO.	CONTRA.
D. de iudic. l. nonnunquam.	*D. de re iudic. l. ſi ſe non obtulit. §. ſi quis condemnatus.*
C. de dilat. l. ſiue pars.	

v.q.iij.c.ſi ægrotans.
Ext.de appel.c.cùm ſit Romana.
Ext.de ſent.& re iud. c.quod ad conſultationem.

C.de dilatio.l.j.
In Auth. Conſt. quæ de dignit' *§.ſedet illud.*
III.q.iij.§.ſpacium.
XXVIII.diſt.c.de his.
Ext.de offi.deleg.c.de cauſis.

SOLVTIO.

OMNES induciæ, quæ iudicis officio conceduntur, poſſunt moderari, ſed non illæ, quæ præter iudicis officium iure tribuuntur, vt eſt tempus deputatum ad appellandum, vt tempus ad petendum reſtitutionem in integrum. Quando autem iudex abbreuiat tempus præfixum à lege, ex cauſa debet hoc facere. Si autem ſine iuſta cauſa hoc faceret, & pars quæ grauatur per aſsignationem illius termini, contradiceret ei illud quod iudex ſubtraxit de legitimo tempore, ſupplebitur per legem. d.§. ſi quis cōdemnatus. Si autem pars quæ grauatur. non contradixerit, intelligitur acquieuiſſe, & iuris beneficium contēpſiſſe, d.c. quod ad conſultationem.

REGVLA LXVII.

Vindicari delicta etiā admonitione non præcedente.

PRO.

XI.q.j.c.ſtatuimus.
XXVIII.q.j.c.ſi cuſtos.
XVII.q.iiij.c.ſi quis ſuadente.
Ext.de app.c.cùm ſit Romana. *& c.reprehenſibilis.*
Ext.de ſimo.c.licet Heli.

CONTRA.

Ext.de ſen. excomm.c.ſacro.
XI.q.ij.c.indigne.
II.q.vij.c.ſi quis erga.
XVI.q.vij.c.omnes decimæ.

SOLVTIO.

SEMPER admonitio præcedere debet vindictam inferendam à iudice, etiam in notorijs criminibus, d.c.ſacro. A iure verò bene infertur pœna abſque admonitione. d.c.ſi quis ſuadente.

REGVLA LXVIII.

Currere tempus à tempore ſcientiæ, & potentię.

PRO.

D.de calumniat.l.annus,
D.de ædil.edic.l.cùm ſex,

CONTRA.

Ext.de præſcrip.c. vigilanti.
C.de long. temp.præſcrip. l.vlt.
Ext.

Ext. de appel. c. ex ratione. & c. ſuper eo.
11. q. vj. c. biduũ. §. ſi aduerſus.
C. de ædil. act. l. cum propenas.

C. de anna. l. except. l. j.
D. de his qui not. infa. l. genero.
D. de ſerui. ruſtic. præd. l. & Atilicinus.
D. quemadmodum ſerui. amit. l. ſi locus.

SOLVTIO.

NOTA quòd tempus aliud ſit vtile, aliud continuũ. Vtile non currit niſi ei, qui habet copiam experiũdi, agendíue, D. de diuer. tempo. præſcrip. L. j. In quo caſu currit tempus à tempore ſcientiæ: quia non videtur habuiſſe poteſtatem agendi, qui ignorauit, D. de ædili. edict. l. cum ſex. Tempus autẽ cõtinuum eſt, in quo dies feriati, & non feriati currunt. Et hoc tempus cedit ignoranti. d. l. generato. & habet locum in vſucapionibus, & præſcriptionibus, niſi minor ætas aliud inducat. C. quibus ex cauſis in integ. reſt. non eſt nec. L. fi. vel patria poteſtas. C. de anna. excep. L. j. vel alia, quæ in caſibus à iure notatis præſcriptionem impediunt.

REGVLA LXIX.

DETERMINATIO præmiſſa in ſequenti clauſula non repetitur.

PRO.

Ext. de donat. c. cùm dilecti filij.
D. de fideicommiſ. liberta. l. vlt.
D. de verbo ſig. l. ſi cùm fundũ.
D. de verb. oblig. l. doli clauſula.
D. qui ex cauſa ma. l. ſed & ſi §. deinde.

CONTRA.

Ext. de app. c. ſecundo requiris.
XXXII. q. vij. c. apoſtolus.
Inſt. ad l. Aquil. §. hoc autem.
Inſt. de vulg. & pup. ſubſtit. §. ſi diſparibus.
D. de legat. i. l. ſeruus plurium. §. vlt.

SOLVTIO.

VBI articuli coniunctim collocantur in reſcripto, & ſic inuenitur determinatio poſita in præcedentibus, repetita intelligitur in ſubſequentibus. d. c. ſecundo requiris. Secus erit, ſi diuiſim.

REGVLA LXX.

Auctoritatem principis, vel regis excuſare.

PRO.	CONTRA.
Ext.de app.c.cùm parati.	*VI.q.j.c. in canonibus.*
XII.q.ij.c.de rebus.	*XII.q ij. c.quicunque.*
LXiij.diſt.c.Salonitanæ.	*XVI.q.viij.c.decimas.*
	XXIII.q.vlt.c.quo auſu.
	XXIIII.q.ij.c.ſanè.

SOLVTIO.

SI clericus habeat regalia à rege, licet ſit prælatus eccleſiæ, tenetur ire ad regem, ſi prius vocetur ab eo, quàm ab epiſcopo.xviij.diſt.c.ſi epiſcopus metropolitanus.Si autem vocaretur propter cauſam ſpiritualem à Papa, licet prius vocatus ſit à rege, tenetur ire ad Papam,neque in eadem cauſa propter hoc contumax poteſt iudicari, cùm ad ſuum tribunal vocatus iuerit, D. de re iud.l. contumacia. §. contumaces.

REGVLA LXXI.

QVOD admittitur quis teſtis in cauſa, in qua fuit iudex.

PRO.	CONTRA.
Ext.de teſtibus.c.cùm à nobis.	*IIII.q. iiij.c.i.*
Ext.de accuſ.c.cùm dilectus.	*II.q. vj.c.ſtatutum eſt.*
Ext.de proba.c.poſt ceſſionem.	*Ext.de appel.c.poſtremo.*
	C.de aſſer. toll.l.nemo
	D. de teſt.l.vlt.

SOLVTIO.

NON audiuntur iudices quotiens ſuper quæſtione illa, in qua fuerunt iudices, volunt teſtificari: ſed in his,quæ acta ſunt in præſentia ipſorum, credetur eorum dictis: ſed illis aut eorum ſcriptis præferuntur duo teſtes iurati, d.c.cùm à nobis. Hodie non creditur iudici,niſi quatenus eius acta legitimis cõſtiterint documentis.ext.de proba.c.quoniam contra.

REGVLA LXXII.

Vim vi repellere licet.

PRO.	CONTRA.
Ext.de reſt.ſpol.c.olim.	*XXIII.q.i.§.i.*
Ext.de ſent.excom.c.ſi verò aliquis.	*XXIIII.q.i.§.j.*
	XLVI. diſt.c.ſeditionarios.

Diſt.

Diſt.i.c.ius naturale.
D.de iuſti.& iur.l.vt vim.
D.de vi & vi arm.l.i.§.vim vi.
Diſt.xlv.c.& qui emendat.

XXIII.q.ii ii.c. inter querelas.
C.de iudic.l.nullus.

SOLVTIO.

VLCISCI non licet vt in his contrarijs. ſed vim repellere,& caſtigare licet, vt in primis cõcordantijs, dummodo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. C.vnde vj.l.j.

REGVLA LXXIII.

NON tenere appellationem in his quæ dilationem non capiunt.

PRO.

Ext.de appel.c.qua fronte.
II.q.vi.c.ei qui appellat.§.definitiua. §.ſi quis etiam. & §.ſequent.
In auth. vt cùm de appellat.cognoſc.§.meminimus. col.viij.
D.de reſcind.appell. l.vlt.

CONTRA.

Ext. de appell.c. conſuluit. & c.peruenit
II.q.vi. c. poſt appellationem. §.appellatione interpoſita.
D.penden. app.nihil innoua.l.i. §.i.

SOLVTIO.

VERA eſt prima rubrica:ſed fallit in caſu, quando aliter non poteſt conſuli creditoribus, niſi interdicatur defuncto ſepultura: vt ſic robore tacti hæredes eius ſoluant debita illius. ext.de vſur. c. quia fruſtra. In dicto verò, c. conſuluit. ratione dubitationis admittitur. In illo autem §.appellatione interpoſita, ſiue ea recepta fuerit, ſiue non, nihil debet innouari, vſque dum deliberet ſecum iudex, an ſit appellatio recipienda, vel non. Et ita exponuntur illa verba. D. nihil inno.appel.l.j.§.j.

REGVLA LXXIIII.

Quòd gradatim ſit appellandum.

PRO.

II.q.vij.c.metropolitanum.
II.q.vi.c.anteriorũ.verſ.illo.
Ext.de off.del.c.ſuper quæſt.
In auth.de mand.princip. in princip.

CONTRA.

II.quæſt.vi.c.ſi quis putauerit.& c.placuit.& c.ad Romanam.
Ext.de præbend. & dignita.c.referente.

SOLVTIO.

SECVNDVM leges tene:nec enim princeps poterit appellari medio prętermiſſo.Secundum canones bene licitum eſt appellare ad Papam medijs prætermiſsis.d.c.ſi quis putauerit. Excipitur tamen vnicus caſus per illam decretal. ſuper quæſtionum.

REGVLA LXXV.

Actor ſequitur forum rei.

PRO.	CONTRA.
C.vbi in rem actio.l.vlt.	*Ext.de foro compe. c,quod clerici. & c.fin.*
XI.q.j.c. experientiæ.	*Ext. de iur. patro.c. relatum.*
Ext.de ſoro competen.c.ſiné.& c.cùm ſit generale.	*XI.q.j.c.relatum.*
	C. de iuriſdict. omn. iud.l. iuris ordinem.

SOLVTIO,

REGVLA præmiſſa vera eſt:fallit tamen in eccleſia. quæ malefactores & hoſtes ſuos ſub quo mauult iudice,poterit conuenire, d.c. cùm ſit generale. Illud autem c.relatum, loquitur ſecundum ſtatum primitiuæ eccleſiæ, quòd eo tempore omnes cauſæ ad eccleſiam deferebantur.

REGVLA LXXVI.

Proponentem contraria audiendum non eſſe.

Manuſcript. Pomponius.

PRO.	CONTRA.
C.de furt.l.j.	*D.de inof.teſtam. †l. Papinianus. §.ſed nec impubes.*
Ext.de cenſ.c.cùm olim.	*D. de acqui. poſſ.l.naturaliter. §. nihil.*
Ext.vt eccleſ.benefic.c.vno.	*D.de colla.bon.l.nonnunquam.*
Ext.de accuſ.c.cùm dilectus.	*Ext. de regular.& tranſ.ad rela. c.ſicut.*
Ext.de app.c.ſolicitudinem.	*Ext. de ſent.& re iud.c. Litor.*
D.de cond.& demon.l.Titiæ.	*Ext.de preſcrip.c.auditis.*
D. Quando appell.ſit, & int. l.ij.verſ ſed ſi alius.	*Ext.de priuil.c.cùm olim,*

SOLVTIO.

ACTOR in vna & eadem inſtantia iudicij repellitur,vt in prima parte regulæ probatur per concordan-

cordantias ſignatas. In diuerſis inſtantijs non repellitur, d.l. Papinianus. Reus verò etiam in eadem inſtantia iudicij poterit proponere contrarias & diuerſas exceptiones, d. c. auditis. & D. de except. l. nemo prohibetur.

REGVLA LXXVII.

PER ſe, non per alium debere quemque eccleſię ſuę deſeruire.

PRO.	CONTRA.
XVI.q.i.c.generaliter.	*Ext.de off.vicar. per totum.*
D.ſolut.l.inter artifices.	*Ext.de app.c.peruenit.*
C.de cadu. toll. l. vni.§.ſed omnes.& §.ne autem.	*C.de epiſcop.& cler.l.quiſquis.*
Ex..de cler.non reſid. l. relatum. & c.quia nonnulli.	*C. de contrahen. & committ. ſtipul.l. veteris.*
	D. de duob. reis ſtipul. l. nemo eſt.

SOLVTIO.

NON niſi per ſe debet clericus ſeruire, quia munus perſonale eſt in eius perſona electum. Si tamen iuſta cauſa fuerit impeditus, vel propter ſuperuenientes fatales caſus, ſine delicto proprio, fuerit effectus inhabilis ad ſeruiendum, poterit vicarium conſtituere. d.c. peruenit.

REGVLA LXXVIII.

Verba cum effectu eſſe accipienda.

PRO.	CONTRA.	
De pœnit.diſt.i.§.hec verba.	*Ext.de bigam. c.nuper.*	
Ext.de cler.non reſid. c. relatū	*XVI.q.j.§. verum.*	
D.quod quiſque iur. l.i. §. vlt.	*XXVII.q.j.c.ſi quis. §. non dicā.*	
D.de inoff.teſtam.l.Pampinianus.†§.meminiſſe.	*De pœnit. diſtinct.j.§.ſi quis tam maſculum.*	*manuſcript. Pomponius.*
D.rem ratam habe.l.amplius.	*I.q.j.c.qui ſtudet.*	
D.de tranſac.l.ſi quis maior.	*D.de furt.l.inficiando.*	
D.de ſeruis expor.l.ſi venditor.	*D.de cond.in ſtip.l.nul.§.ſi quis.*	

SOLVTIO.

SIC concilia: ſi voluntas ſuos fines & terminos nudi propoſiti non excedat, non punitur in foro contentioſo. de pœnitent. diſt. j. c. cogitationes. Quid enim

obſuit

Non nocere conatum, ſi non ſequatur euentus.

to obfuit conatus, ſi iniuria non eſt ſubſecuta? D.quòd quiſque iur.l.i.exceptis enormibus criminibus,in quibus iura proſequũtur affectum ſine effectu, vt in illo §. verum.Et certè voluntas ibi non punitur contenta ſuis terminis.Veruntamen imputatur aliquando ſi progrediatur ad aliquem actum bonum, quo ad Deum, vel abominationem deterrimi propoſiti. de pœnit. diſt.j. c.quis aliquando.§.item votum,& c. ſi cui.

REGVLA LXXIX.

Illud ſolum fieri, quod iure fit.

PRO.	CONTRA.
xxii.q.ij.c.faciat homo	*D.de verb.obl.l.continuus.§.illud.*
Ext.de præbend.& dignitat. c.cùm teneamur.	*D.de conſt.pecu.l.promiſſor.§.i.*
Ext.de iure patro.c.quod autem in fin.	*Ext.de reſt.ſpol.c.in literis.*
Ext.de iureiurand.c.veniens.& c.quintauallis.	*I.q.i.c.quod quidam.*
D.de condic.inſtit.l.ſi filius.	
D.de verb.ſig.l.nepos Proculo.	
D.de re iud.l.ne ſeruus.§.fi.	

SOLVTIO.

VBI quis habet beneficium ne condemnetur, niſi quatenus facere poſſit, tunc habet locum regula. item cùm promiſi generaliter ſtare mandato alterius, d. c. quintauallis. Aliter difficultas ſolutionis ad commodum pertinet promiſſoris,d.l.continuus. Superior pars regulæ, quæ dicit id tantùm fieri poſſe intelligi, quod iure fit,habet locum in his,quæ ius deſiderant.vt in contrarijs productis,& ſimilibus,quæ niſi iure fiant, non tenent,C.de leg.& conſtit.l.non dubium.Secus in his, in quibus deſideratur factum, vt in acquiſitione poſſeſsionis: nam etiam prædo eam acquirit, dict.c. in literis.

REGVLA LXXX.

Pactum de ſucceſsione futura eſt illicitum.

PRO.

PRO.	CONTRA.
C.de pact.l.vlt.	*Ext.de prebend. & dig.c.relatum.*
C.de inutil.ſtipul.l.ex eo.	*Ext. de conceſſ.c.propoſuit.*
Ext.de conceſſ.preben.c.nulla. & cap.ex tenore. & c.relatum.	*D.pro ſocio. l.iij.§.de illo.*

SOLVTIO.

DICVNT quidam quòd in genere poteſt fieri promiſsio beneficij non vacantis: vt puta ſi dicat quis, promitto tibi beneficium. argument.illius.leg. D.pro ſocio. leg.iij. vbi valet pactum de futura hæreditate in genere. Sed hæc ſolutio reprobatur.ext.de conceſ.prębend.c.vlt. Alij dicunt, quod cum conſenſu illius perſonæ, cuius beneficium promittitur, valet promiſsio, C.de pact.l.poſtquam. Sed nihil eſt quod dicunt: quia dicit decretal. quòd non valeat promiſsio beneficij non vacantis, nec aliqua inde oriatur obligatio, cùm ſit contra decreta Lateranenſis cõcilij. dict. c. ex tenore. Quidam tamen dixerunt, quòd licet promittens non obligetur ad illud beneficium, teneri tamen ad intereſſe.

REGVLA LXXXI.

A maiori argumentum duci.

PRO.	CONTRA A MINORI.
XXXI.*diſt.c.tenere.*	*D.de interdictis & releg. l. relegatorum.*
LIX.*diſt.c.ſi officia.*	*D.de ſeru.export.l.cui pacto.*
III.*q.iij.c.de inducijs.*	*Ext. de parac. & alien. paræcia. c.nullus.*
XXXVIII.*diſt. c.ſi in laicis.*	IX.*q.ij.c. nullus primas.*
Ext.de elect.c.cum cunctis.	
Ext.de conceſſ.preben.non vacant.c. nulla. §. cùm enim.	

SOLVTIO.

ARGVMENTVM à maiori ſequitur, ſi aſſumam affirmando ſic. Conceditur huic quod maius eſt, ergo conceſſum intelligitur illud quod minus eſt, ext.de deci-

decimis,c.ex parte tua,& infra. ſi ſit eiuſdem cenſuræ, cuius eſt illud, quod expreſsè intelligitur. Argumentum autem à minori aſſumitur negando ſic: Negatur huic quod minus eſt: ergo negatum intelligitur illud, quod maius eſt,ſecũdum regulam iſtam, Qui indignus eſt inferiori ordine,indignus eſt ſuperiori.D.de ſenato. l.qui indignus.

REGVLA LXXXII.

AB exemplis,& ſcripturis infidelium argumenta ſumi.

PRO.	CONTRA.
I.queſt.i.c.Dominus.	*XXVII.q.ij.c.non exemplo.*
XIII.q.ij.c.queſta eſt.	*XXIII.q.iiij.c.ipſa pietas.*
XXI.diſt.c.ſubmittitur.	*Ext.de de ſchiſmatic.c.fraternitati tuæ.*
XXXVII.diſt.c.ſi quid veri.	*XXVI.q.ij.c.non exemplo.*
Ext.de conceſſ.præbend.non vacan.c.nulla.	

SOLVTIO.

Euidens eſt teſtimonium,cum quis ſeipſo teſte conuincitur.

ARGVMENTVM ab †exemplis,& inſtitutis infidelium contra eoſdem ad intelligentiam ſcripturarum,& ad eorum vanitatem reuincendam valet,d.c. ſi quid veri. Non enim ſunt pernicioſiora tela aduerſus hoſtes,quàm quæ è pharetris ipſorum extrahuntur.

REGVLA LXXXIII.

QVOD ſucceſſor poteſt reuocare factum prædeceſſoris.

PRO.	CONTRA.
Ext.de elec.c.noſti.	*Ext.de elect.c. innotuit. §. par in parem.*
Ext.de prec.c.ij.	*Ext.de cler.coniug.c.diuerſis.*
II.q.ij.c.& ſi illi.	*Ext.de fil. presbyt. c.demens.*
XXV.q.ij.c.deceſſorum.	*Ext.ne ſed.vacan.c.vnico.*
LV.diſt.c.pænitentes.	*XXV.q.ij.c.ſi ea.*
Ext.de his quæ fiunt à prælat. c.cùm nos.	*D.de urbit. l.nam magiſtratus.*
XXXV.q.ix.c.quod quis commiſerit.	

SOLV-

SOLVTIO.

QVOD bene fit à prædeceſſore, non debet euertere, ſed poteſt confirmare ſucceſſor, ext. de ſolution. c. j. Quod autem malè fit, poteſt reuocare, vt in concordantijs in priori parte aſsignatis. Nec poteſt ei præſcriptio opponi ex tempore, quod currit ante tempus alienantis, xvj. q. iij. c. ſi ſacerdotes.

REGVLA LXXXIIII.

QVOD ab initio non valuit, ex poſtfacto conualeſcit.

PRO.	CONTRA.
Ext. de donat. c. Apoſtolicæ.	*XVI. q. iij. c. poſt quingentos.*
Ext. de conuerſ. coniug. c. placet.	*X. diſt. c. vides.*
	Ext. de elect. c. auditis.
Ext. de eo qui dux. in mat. c. i.	*D. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram.*
XVI. q. iiij. c. ſi ſacerdotes.	
Ext. de his quæ ſi. à prælat. c. cùm nos.	*D. de act. & obl. l. obligationes.*
	D. de reg. iur. l. quod ab initio.

SOLVTIO.

SI initium alicuius rei ſit vitioſum, quia non interuenit conſenſus eorum, qui conſentire debebant, & poſtea adhibeatur eorum conſenſus, quorum deſiderabatur, accedente conſenſu confirmabitur id, quod actum eſt prius, d. c. cùm nos. Sed ſi rei initium bonum erat, ſolus diſſenſus non reddet vitioſum: quamuis alius conſenſus diſſentiētium poſſet remouere initium, d. c. auditis. Si autem ideo ſit vitioſum, quia res de qua agitur, contra ius facta eſt, tunc res non conualeſcit tractu temporis, d. l. quod ab initio. & d. l. vides. exceptis caſibus nonnullis, in quibus contrarium exprimitur in iure.

REGVLA LXXXV.

Ad quem ſpectat onus, & emolumentum.

PRO.	CONTRA.
XII. q. ij. c. caritatem.	*Ext. de cleri. ægro. c. i.*
XVI. q. vi. c. de lapſis.	*XXX. q. iij. c. conſtituit.*

Ext. de

Ext.de ſimo.c. cùm ſit Roman.	*D.de nego. geſt. act.leg.ſi negotia abſentis.*
Ext.de ſepult.c. nos inſtituta.	
Ext. de his quæ ſi. à prælat. c.quanto.	
Ext.de eccleſiaſt.ben.c.vnico.	
Ext.de præb.c. cùm ſecundum Apoſtolum.	
D.de reg.iur.l.ſecundum naturam.	

SOLVTIO.

PRIMA regula vera eſt:ad quem ſpectat onus,& emolumentum,niſi aliud culpa inducat. Nam ſi geram noua negotia abſentis,& ignorantis, lucrum pertinebit ad abſentem,ſed damnum agnoſcere non tenetur,quia ego fui in culpa,noua & inuſitata negotia inchoando,d.l.ſi negotia. E conuerſo obtinet regula. Ad quem ſpectat emolumentum, & onus: fallit tamen in caſibus,vbi ſcilicet is, qui debet habere emolumentũ, ſine culpa ſua efficitur inhabilis ad onus ſubeundum. ext.de cler.ægrot.c.j. Item fallit propter fragilitatẽ ſexus in muliere, quæ vocatur ad ſucceſsionem manumiſsi à ſe,nec tamen ſuſcipere tutelam cogitur. Inſt.de leg.pat.tut. in fin.

REGVLA LXXXVI.

Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.

PRO.	CONTRA.
Ext.de fideiuſ.c.peruenit.	*VII.q.j.c.conſtitutum.*
D.quib.ex cauſ.maio.l.videl.	*X.q.ij.c.Ea enim.§.hoc ius.*
D.de furt. l.ſi ſeruus. §. quòd verò.	*Ext.de poſt.c.cum ſacerdotis in fin.*

SOLVTIO.

REGVLARITER obtinet prima pars Rubricę.cõtraria ſunt caſualia ex circumſtantijs: & ita reſtringunt regulam.

REGVLA LXXXVII.

Leges non eſſe allegandas in foro †Eccleſiaſtico.

PRO.	CONTRA.
Ext.de iur.calum.c.literas.	*XXIIII.q.iij.c.de illicita.*

Ext.

Ext. de teſtam. c. relatum. & c. cum eſſes.	*x. diſt. c. lege.*
XXVII. q. ij. c. ſunt qui dicunt.	*Ext. de noui oper. nuncia. c. intellexinus.*
De conſec. diſt. iij. c. celebritat.	

SOLVTIO.

NON eſt vtendum legibus imperatorum in controuerſijs eccleſiaſticis, vbi lex diuina ſiue canonica contradicit: quoniam lex Imper. non eſt ſupra legem Dei, ſed ſubtus. Alioquin vtendum eſt illis, vt in d. c. lege. & ext. de conſtit. c. j. & diſt. xx. c. ij.

REGVLA LXXXVIII.

Quod non valet vt ago, valet vt valere poteſt.

PRO	CONTRA.
Ext. de teſtib. c. nos quidem.	*Ext. de off. deleg. c. cùm ſuper abbatia.*
Ext. de verb. ſignifi. c. abbate.	*Ext. de deſpon. impub. c. de illis.*
Ext. de deſpon. impuber. c. tuæ.	*C. de codicill. l. vlt. § vlt.*
D. de ſeruit. l. ſi tam anguſti.	*D. de teſtament. l. ex ea ſcriptura.*
D. de vſu. & habita. l. diuus.	*D. de acceptil. l. an inutilis.*
D. de pact. l. ſi vnus. § penult.	
D. de teſt. milit. l. ſi miles qui deſtinauerat.	

SOLVTIO.

SI is qui agit, nullo alio modo voluit rem valere, niſi eo modo, quo tunc exprimebatur, vel verba intendebant, locũ habet hæc regula. Voluntas porrò ſua talis eſſe præſumitur quandoque ex verbis legis, quandoque ex forma contractus. Vbi verò hæc præſumi non poſſunt, contrariam regulam credo obtinere.

REGVLA LXXXIX.

Quod quis poſsit iudicari poſt mortem.

PRO.	CONTRA.
Ext. de hæretic. c. ſi quis epiſcopus.	*XXIII. q. ij. c. ſane.*
Ext. de ſepult. c. fraternitatem.	*XXIIII. q. ij. c. j. verſ. quodcunq.*
	XXIII. diſt. c. quorundam.

XXI. q.iij.c.Cyprianus.	*C.ſi pend. appell. mors inter l. ſi qui.*
LXXXVIII.diſt.c.neque apud.	
XXIIII.q.ij.c.ſanè profertur.	

SOLVTIO.

REGVLARITER de crimine defuncti quæri non poteſt, quia crimina morte extingũtur. d.l.ſi is qui. fallit hoc in crimine hæreſeos.d.c.ſanè.& in illo, qui hæreticum inſtituit hæredem. d.c.ſi quis epiſcopus. Quidam excipiunt caſum læſæ maieſtatis.C.ad l.Iul.maieſt. l.vltim.& caſum apoſtaſiæ. C.de hær. l.manicheos. & caſum repetundarum.D. de accuſat. l. ex iudiciorum. Verùm in illis agitur ciuiliter ratione bonorum: ſicut agitur gratia filiorum de adulterio.ext.qui fil.ſint legitimi.c. cauſam. & gratia rerum reſtituendarum de rapina.ext.de rapt.c.in literis.Item pro manifeſto mortali peccato, in quo decedit quis, poteſt ei negari ſacramentum..

REGVLA XC.

Non licet nobis definire quod definitum eſt.

PRO.	CONTRA.
II.q.v.c.conſuluiſti.	*De conſec. diſt.ij.c. liquido.*
XXI.q.j.c.quod ſi dormierit.	*XXXIII.q.ij.c.quos Deus.*
Ext.de ſepult. c.quia de vxore.	*XXVIII.q.j.c.idololatria.*
Ext. de tranſlat.c. inter corporalia.	*XXIII.q.v.c.ſi non licet.*
D.de publician.l.de precio.	*D.de teſtibus. l.quæſitum.*
XII.diſt.c.præceptis.	
XXV.q.j.c.ſunt quidam.	

indignum & contra bonos mores eſt, & à ſpiritu Dei, atque eccleſiaſtica moderatione prorſus alienum decreta patrum Apoſtolica, & aquas anteceſſorum conſtitutiones, poſteriores pontifices aliud ſtatuendo euertere. xxv. q.i. & ij. per totum.

SOLVTIO.

EXPONVNT magiſtri, & bene, quod non eſt expoſitum: quia interpretatio iuris prudentibus ablata non eſt, quæ in legiſlatione collatis locis, & attenta volũtate auctorum completur. vt xxxvij. diſt.c. relatum. ſed prohibita eſt præſumptuoſa adinuentio† pontificum, vel ordinum ſubſequentium, qua rationabiliter ſanctorum patrum documentis deciſa turbantur, & viribus euacuantur, & nouitates ſuperinducuntur ijs neglectis, quæ ab Apoſtolis antè definita fuerunt.

d.c.

d.c.quod ſi dormierit. & d.c.præceptis.. & xj. diſtinct. quis neſciat. & xij. diſt.c.decet. Quantum ad iudicialem diffinitionem, legem ſimplicem ſimpliciter intelligere debemus: niſi per legem vel canonem aliter poſsit exponi, vel diſtingui, ext.de elec. c.ſignificaſti.

REGVLA XCI.

Famam eſſe ſeruandam.

PRO.	CONTRA.
XII.q.j.c.nolo.	*XI. q. iiij. c. cui eſt illata. & c. ſentit. & cap. in cunctis. & c. cuſtodi. & c. inter verba.*
XI.q.iij.c. non ſunt.	
De conſec.diſt.v.c.iubemus.	
Ext.de decimis.c.ſuggeſtum.	

SOLVTIO.

SI poſsibile ſit alicui conſeruare famam ſuam, & nõ ſeruat, crudelis eſt. d.c.nolo. Si autem homines ita ſunt animati ad ſuſpicandum contra aliquem, vt nullo modo à cordibus remouere poſsint ſuſpicionem, tunc ſufficit, ſi conſcientiam puram habet is, cuius fama denigratur.d.c.ſentit.

REGVLA XCII.

AB exemplis eſſe argumentandum, & in vita procedendum.

PRO.	CONTRA.
XX.diſt.c.vlt.	*XIIII.q.v.c. dixit dominus.*
I.q.j.c.conuenientibus.	*XXII.q.ij.c ſi quis per vetus.*
VII.q.j.c.omnis qui.	*XXIII.q.iij.c.eſt iniuſte.*
IX.q.ij.c.Lugdunenſis.	*De conſec.diſt.ij.c.liquido.*
XVI.q.j.c ſunt nonnulli.	*XXVI.q.ij.c. non ſtatim.*
XXII.q.ij.c. nouerit.	*C.de ſent. & interloc. l.non exemplis.*
XXXVII.diſt.c. qui de menſa.	
XII.diſt.c.de his.	

SOLVTIO.

EXEMPLA ſanctorum etiam in iudicijs ſequenda ſunt, vt xx.diſt.c.vlt. niſi per aliquã ſcripturã †certa de cauſa prohibeatur nobis, ne ſequamur illud exemplũ ſanctorũ.d.c.nõ ſtatim. Quod autẽ dicitur exem- *Vitia ſanctorum hominum non ſunt imitanda.*

plis,verum eſt de exemplis priuatorum. Exempla autẽ ſanctorum pro iure habentur, vt exemplum principis, ext.de ſent.& re iud.c.in cauſis. Exempla autem veteris teſtamẽti moralia ſequimur ad literã, ſacramentalia non ad literã,ſed ad intellectum inſtitutũ: ceremonialia nullo modo obſeruamus,v.diſt.c.j. verſ. in lege.

REGVLA XCIII.

QVOD quiſque iuris in alterum ſtatuit,eodem vti debet.

PRO.	CONTRA.
I.diſt.in princ.	*IX.diſt.c.imperatores.*
Ext.de decimis.c.cùm nobis.	*II.q.vij.c.ſi hæreticus.*
Ext.de mut.pet.c.j.& ij.	*XXXVII.diſt.c.ſi quid veri*
XIX.diſt.c.ij.§.j.	*XVI.q.j.c.hinc eſt.*
D.quod quiſque iur.c.per totũ.	*XXVI.q.ij.c.non exemplo.*
IIII.q.iij.c.placuit.§.item in criminali.& c.ſi teſtes.§.ſi quis.	*C.de leg.& conſt.l.quod fauore.*

SOLVTIO.

VBI quis impetrat aliquod ius contra aliquem, idẽ contra ſe deinde admittere debet,vt in prima parte rubricæ.At quandò princeps motu proprio aliquod beneficium concedit,non poteſt illud in eius læſionem retorqueri, vt patet in contrarijs. & D. quod quiſque iur.l.iij.Quod autem dicitur,quòd priuilegium perſonam non tranſgreditur,Inſtit.de iur.natur.gent.& ciu. §.Sed & quod verſ.planè.Verum eſt quòd non tranſgreditur ita,quòd alius vtatur eo tanquam priuilegio, ſed vtitur eo tãquam beneficio iure communi indulto,veluti vſura iuris iniqui impetrati ab aliquo illi,contra quẽ impetratum eſt.

REGVLA XCIIII.

Simulationem non eſſe admittendam.

PRO.	CONTRA.
Ext.de electio.c.cauſam.	*XXII.q.ij.c.vtilem.& c.quod autem ait.*
XXII.q.vlt.c.quotiens.	

XXVII. dict. c. quod interrogaſti.
Ext. de reg. & tranſe. c. vidua. & c. vt clerici.
Ext. quod me. cauſa. c. perlatum.
Ext. de conuerſ. coniug. c. chariſsimus.

SOLVTIO.

SIMVLATIO ad deceptionem vitandam licita eſt, quia non dolum committit qui fraudem excludit, D. de lega. ij. l. cum pater. ſimulatio autem ad circumueniendum ac fallendum alium adhibita, eſt illicita. d. c. vidua. & c. quotiens.

REGVLA XCV.

Non dicitur factum, quod non durat factum.

PRO.

I. q. ij. c. conſtat.
Ext. de verb. ſig. c. nam & ego.
Ext. de regular. & tranſ. c. ad noſtram.
D. de in rem verſo. l. ſi pro patre. §. verſum.

CONTRA.

Ext. de deſpon. impub. c. de illis.
XXXII. q. v. c. horrendus
C. de contrahen. empt. l. non idcirco.
C. de tranſac. l. quamuis.
C. de act. & oblig. l. ſicut initio.
D. de ſeruit. ruſtic. prædior. l. per fundum.
C. communia prædior. l. receptũ.

SOLVTIO.

QVOD ſemel factum eſt, non poteſt fieri non factum. D. de capt. & poſt limi. reuer. l. in bello. §. factæ autem. & qui ſemel contraxit, ſi contractus ſit nominatus, non poteſt reſilire ab eo. d. l. quamuis. & d. l. non idcirco. Idem eſt in matrimonio. In voto autem permittit ius pœnitere infra annum. In contractibus verò innominatis habet locum pœnitentia. D. de condict. cauſa da. cauſa. l. ſi pecuniam. & interdum in crimine ſingulariter commiſſo, ſi citò corrigatur, c. de pœnit. diſt. j. c. diuortium. Quandoque & per pœnitentiã non deſinit delinquens eſſe nocens. D. de ædilic. edic. Quid ſit fugitiuus. Sed hoc verum eſt quantum ad homines, qui præſumuntur malè verſaturi, ex quo ſemel malè verſati ſunt. Quantum ad Deum, deſinit quilibet eſſe nocens per pœnitentiam. L. diſt. c. ferrum.

REGVLA XCVI.

REM cœptam haberi pro jmpleta, & ſufficere ſi cœpta ſit.

PRO.

Ext. de eo qui mit. in poſ. c. cum ſicut.
Ext. de regular. & tranſ. c. ſignificaſti.
De pœni diſt. j. c. magna piet.
D. de poſtuland. l. j.
D. arbo. fur. cæſa. l. furtum cæſæ. verſ. etiam ſi non.

CONTRA.

De pœnit. diſt. iij. c. Incaſſum.
Ext. de renuncia. c. literas.
C. ad Syllania. l. cum Syllanianũ.
D. de verb. ſig. l. ſoluendo. & L. id apud.
D. de iniur. L. item apud. §. abduxiſſe.
D. de bon. libert. l. qui cum. §. accuſaſſe.

SOLVTIO.

SVFFICIT quem habere voluntatem faciendi bonam: & ſi incipiat, & perficere non poſsit, perinde eſt ac ſi perfeciſſet. Idem etiam ſi incipere non poſsit. de pœn. diſt. j. c. quis aliquando. §. item votum. Idem obtinet in contractibus vel quaſi; quòd ſi non ſtet per illum, qui aliquid perficere debet, quo minus perficiat, pro facto habetur. Quod quandoque fallit, vt notatur in optima diſtinctione, quæ aſsiduè verſatur in allegationibus & diſputationibus Decretiſtarum, ext. de reſcript. c. ſi quando. In delictis autem quandoque reputatur volũtas aut inceptum pro facto, licet effectus aut perfectio non ſequatur, vt not. ſupra ſub illa regula. †Verba cum effectu ſunt accipienda.

Reg. 78.

REGVLA XCVII.

Pœnas mutari, mitigari, ac tolli poſſe.

PRO.

Ext. vt lite non conteſt. c. quoniam. in fi.
Ext. de voto. c. j. & c. ex multa.
Non extat — XLV. *diſt. c. omnes qui*
XXXII. *diſt. c. presbyter.*
XXIIII. *q. iiij. c. prodeſt.*
D. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior.

CONTRA.

Ext. de offic. deleg. c. de cauſis.
Ext. de pœnis. c. licet.
XVI. *q. j. †c. omnes. & c. decimas.*
II. *q. iij. c. ſi quem pœnituerit.*
IIII. *diſt. c. in iſtis.*

D. de

D.de effract. & expilat.l.i.§.j.
D.de pœnn.l.ad beſtias.

SOLVTIO.

DICVNT quidam pœnam in iure ſtatutam iudicē non poſſe mutare: quia pœnæ perſecutio legis arbitrio reſeruatur, non autem iudicis, d. c. ſi quem pœnituerit. Verius tamen eſt pœnam poſſe mutari, ſi pœna in qua fit commutatio, magis ſit Deo accepta, ext. de voto. c.j. ſi modò commutetur antequam infligatur: inflicta enim per ſentētiā non poteſt releuari, d.c. Si quē.

REGVLA XCVIII.

SEMEL Deo dicatum non eſſe vlterius ad humanos vſus transferendum.

PRO.	CONTRA.
Ext. de relig. dom. c. ad hec.	*Ext. de ſer. non ord. c. nullus.*
Ext. de rer. permut. c. mancipia.	LIIII. *diſt. c. ex antiquis.*
XIX. *q. iij. c. quæ ſemel.*	XI. *q. j. c. ſtatuimus.*
De conſec. diſt. j. c. altaris palla.	*Ext. de iudic. c. cum non ab homine.*
	C. de epiſc. & cleric. l. ſeruis.

SOLVTIO.

PRAEMISSA regula vera eſt, quia eiuſmodi res diuini iuris eſſe cœperunt, & extra commercium hominum, Inſtit. de rer. diuiſ. §. ſacræ. fallit tamen in contrarijs propter delictum conſecratorum, qui propter exceſſum ſuum priuantur beneficio conſecrationis: vt ſi ſeruus domino ignorante faciat ſe ordinari, quia delinquit in promotione ſua, domino ignorante ſe permittendo promoueri, reſtituitur ad humanos vſus. d.c. ex antiquis. & in libero, ſi promoueatur in clericum, & delinquat, & ſit incorrigibilis, traditur curiæ, vt ſeruiat. d. c. ſtatuimus.

REGVLA XCIX.

NON generare impedimentum, quod non ſortitur effectum.

PRO.	CONTRA.
Ext. de iur. patr. c. quod autem.	*D. de his qui not. infa. l. quid ergo.*
Ext. de app. c. conſtitutus.	*D. quod quiſque iur. l. j. in fin.*

Ext.de app.c.bonæ memoriæ.
Ext. de his quæ fi. à prælat. ſin. conſ.c.ij.
Ext.de deſp.impub.c.acceſſit.& c.de illis.
XXVII.*q.ij.c.lex diuina.*
C.de vind. libert & apud concil.l.nec.
De pœnit.diſt.j.c.hæc autẽ verba.

Ext.de dig.c.nuper.
Ext.de elec.c. conſiderauimus. & c. auditis. & c. intellexi mus.
Ext. de ſponſ. & mat. c.ad audientiam.
De conſe.diſt.iiij.c.quibus.
C.ad L.Iul.de adult. l.eum qui.

SOLVTIO.

PRIMA regula regulariter vera eſt in illis actibus, in quibus actus cum effectu deſideratur: vtputa, in electionibus rerum eccleſiæ. Si enim prima electio vel alienatio ſit nulla, & hoc ſit notorium, ſequens propter illã non impeditur, vt in cõcordãtijs in prima parte rubricæ poſitis. Alioquĩ debet ſecũda fieri, retractata prima per ſuperiorem, d.c. conſiderauimus. In illis autem contractibus, in quibus actus ſolus ſine effectu cõſideratur, vt eſt in illis, per quos irregularitas inducitur, licet actus ipſo iure effectum non habeat, inducit tamen irregularitatem. d.c. nuper.

REGVLA C.

Lite conteſtata nihil innouari poſſe.

PRO.

III.*q.ij.c.quia ego.*
Ext.de ſimo.c. accuſatum.
Ext.de iur patr.c. ex literis.& c.quoniam.
Ext.de eo qui dux.in matr. c.ſignificauit.
C.de aſſert.toll.l.j.
C.quibus ad liber.procla.non licet.L.vlt.
D.de offic.præſid. l.ſenatus.
D. qui ſatiſd. cog.l.fideiuſſor. §.fi.

CONTRA.

XI.*q.j.c.quia res.*
XXVIII. *diſt.c.conſulendum.*
VIII.*q.iij.c.nonne.*
XV.*q.vlt.c.vlt.*
Ext.vt lite pen.c. à memoria. & c. laudabilem.
Ext.de confir.vti. vel inuti.c.ij.

SOLVTIO.

REGVLARE eſt, quòd lite conteſtata ante ſententiam nihil ſit innouandum, & tuendus ſit poſſeſſor

in ſua poſſeſsione vſque ad ſententiam, vt in concordãtijs proximè poſitis. Iura autem † quæ in priori parte poſita ſunt, exceptiones ſunt: quia ius patronatus ſequeſtratum intelligitur lite pendente. d.c. quoniam. Item accuſatus de ſimonia ſuſpẽditur ante ſententiã. d. c. acſatũ. itẽ accuſatus de dilapidatione, ſi præſumptiones aliquæ ſint cõtra ipſum. d.c. quia ea. Et fortè cũ agitur de aliquo impedimento perpetuo, d.c. ſignificauit. Item vbi agitur contra priuilegiatum, cogitur litem conteſtari, & poſtea ſequeſtrabitur res, ſicut contingit in familia iudicis. d.l. ſenatus. item ſi agatur contra ſuſpectũ de fuga, nec poſsit cauere. d.l. fideiuſſor. §. fin. quia ſequeſtrabitur res. Idem in illo, qui proclamat ad libertatem, quia peculium eius ſequeſtrabitur, vt C. de aſſertione tol. l. j.

Quando ſequeſtratio locum habeat.

REGVLA CI.

Locum eſſe pœnitentiæ in actibus hominum.

PRO.	CONTRA.
Ext. de iur. patron. c. quod autem.	*Ext. de iur. patron. c. cum autem aduocatus.*
Ext. de regula. & tranſeu. c. ad noſtram.	*Ext. de conſec. præbend. vel eccl. non vac. c. cùm pro quæſtione*
Ext. de præbend. & dig. c. cùm non ignores. & c. cùm iamdudum.	*Ext. de præbend. & dignit. c. cùm pro illorum.*
D. de condic. cauſa dat. l. dedi. & l. ſi pecuniam.	*XXXII. q. v. c. horrendus.*
D. de iuriſd. om. iud. l. ſi cõuenerit.	*C. de tranſac. l. quamuis.*
	C. de act. & oblig. l. ſicut.
	C. de contrahend. empt. l. non idcirco.
	C. ſi mancip. ita fuer. aliena. l. ſi n qui.

SOLVTIO.

HVIVSMODI generale tangitur in illo generali, Non dicitur factum quod non durat factum. Sanè regula iſta obtinet in contractibus innominatis, & in his, quæ in fauorem noſtrum tantummodo introducta ſunt: quia in illis pœnitere poſſumus. Et generaliter illud obtinet in delictis: quia omnia delicta per pœni-

Sup. Reg. 95.

 tentiam

tentiam tolluntur, quantum ad Deum, i. q. vij. c. ſi quis omnem. Item in illis, quæ planè inchoata non ſunt, vt ſi paciſcamur, vt adeamus iudicem, qui non eſt noſter, poſſumus pœnitere ante litem conteſtatam. d. l. ſi conuenerit. Et patronus poteſt pœnitere poſt præſentationem ſuam. d. c. cùm autem aduocatus. & alium poteſt præſentare: quia antequam epiſcopus admiſerit præſentatum, nullas vires habet præſentatio patroni. ext. de iur. patro. c. quod autem.

REGVLA CII.

In paritate locum eſſe gratificationi.

PRO.

LXIII. diſt. c. ſi fortè.
Ext. de iur. patron. c. cùm autem aduocatus.
D. loca. & conduc. l. in naue.
D. de relig. & ſumpt. fun. l. vlt.
D. de lega. ij. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos.
D. ad Senatuſconſul. Silania. l. ſi quis in graui. §. ſed cùm omnes.
D. de bon. auct. iud. poſs. l. ſi non expedierit. & l. in venditione. §. vlt.

CONTRA.

D. de iureiur. l. creditore. §. ſi autem.
Ext. de iur. patron. c. paſtoralis.
XII. q. ij. c. cum deuotis.
Inſt. de iuſti. & iur. in prin.

SOLVTIO.

VBI quis duobus æqualiter tenetur, omnibus conſideratis † poteſt gratificari, & alteri prius ſoluere. d. l. in naue. Itẽ vbi quis pluribus debet aliquid facere, & ſimul petant, & omnibus ſimul factum illud exhibere non poſsit, habebit locum gratificatio. d. l. ſi quis in graui.

Vide c. venerabilem §. quod autem. & ibi gloſ. in ver. fauere. ext. de elect.

REGVLA CIII.

Quòd res tranſit cum onere ſuo.

PRO.

Ext. de teſtibus. c. j. in fin.
Ext. de decimis. c. cùm non ſit. in fin.

CONTRA.

Ext. de priuileg. c. porrò.
Ext. de decimis. c. nouum.
D. de contrahend. empt. l. vlt.

xv.q.j.c.ſi quis laicus.
D.de contrahend. empt. l. alienatio.
D.de acq.rer.dom.l. traditio.
D.de donat.l.ad eum. §.j.
D.de pact. l.inter debitorem.
D.de diſtract.pig.l.ſi creditor.

D.de ſeruit. l.vlt.
D.locat. & conduct. l. emptor.

SOLVTIO.

ONERA tranſeuntia, & rei cohærentia tranſeunt cum re: perſonalia non. Si tamen res tranſeat ad priuilegiatum, exoneratur priuilegiatus à præſtatione onerum, vtputa, ſi priuatus vendat poſſeſsionem ſuam hoſpitalarijs, licet apud priuatum ſit poſſeſsio ſuppoſita ſolutioni decimarum, non erit apud hoſpitalarios, d.c. porrò, quia illi habent priuilegium de non ſoluendis decimis.

REGVLA CIIII.

Initium eſſe ſpectandum.

PRO.

III.q.x.c.placuit.
I.q.i.c.principatus.
Ext.de cenſib.c.ſcientes.in fin.
De pœnit.diſt.i.§.hæc autem.
XVI.q. iij.c.ſi ſacerdotes, & c. poſt quingentos.
D.quod quiſque iu.l.i. in fin.
Inſt.de ingen. §.j.
C.de pig.act.l. nec creditores.
C.de preſcript.xxx.vel xl.an.l. malæ fidei.

CONTRA.

Ext.qui filij ſunt leg. c.tanta.
Ext.de renuncia. c.literas.
C. ad Syllania.l.vlt.
C. de emenda. Iuſtin. C.in prin.
D. de verb.ſig.l.ſoluendo.
De pæn. diſtinct. j. c. in caſsum. & c. proinde.

Medium eſſe ſpectandum.

Iuxta illud: Cum media ſemper gaudebam ludere forma.
Maior enim medijs gratia rebus ineſt.
Medium tenuere beati.
Medio tutiſsimus ibis.
Ext. de teſti.c.cùm tu fili.
Ext. de reſtit.ſpol. c.literas.
x.q. ij.c. hoc ius porrectum.
D.ſi pars hæredi. pet. l. antiqui.
D.de oper.ſer.l. vlt.

D.de

D. de ædilic. edict. l. ſciendam. §. illud.
D. de verb. oblig. l. continuus. §. item qui inſulam.
D. de acq. rer. dom. l. adeò. §. cùm quis ex aliena.

SOLVTIO.

IN contractibus initium ſpectatur, quotieſcunque quæritur, an contractus valeat, an non. Item in maleficio vel quaſi, cùm quæritur, an cõtrahatur ex eo obligatio pœnæ, vel non, & quanta, in decretal. & conſtitutionibus, & in quolibet negocio, ex quo poſsit actio oriri. Nec obſtat exemplum de matrimonio Liç cum Iacob. xxviij. q. j. §. j. nam ibi & in conſimilibus ratihabitio retro trahitur, & mandato comparatur, & ſic initiũ ſpectatur. Neque obſtat quod dicitur, mediũ eſſe ſpectandum. nam hoc locum habet in diſſenſione †opinionum, tum opinionem mediam auctoritas iudiciaria ſequi debet. Item in promiſsionibus in genere factis, quç ad mediocritatem reducendæ ſunt, vt colligitur per cõcordantias. Nec obſtat quod dicitur, finem ſeu euentum conſiderandum eſſe. nam hoc locum habet quando quæritur, an dederit quis, an non dederit, vel quando quis dediſſe videatur, vel quando poſſederit, vel reſtituere, vel capere debuerit. auth. de nupt. §. quia verò hactenus.

In diuerſitate opinionum mediã viam ingredi tutius.

REGVLA CV.

NON præſumi ſeruitium debitum, licet longo tem pore ſit præſtitum.

PRO.	CONTRA.
Ext. de cenſibus. c. peruenit.	*Ext. de præſcript. c. de quarta.*
X. q. iij. c. quia cognouimus.	*I. q. iij. c. quæſitum.*
C. de pact. l. ſi certis annis.	*XVIII. q. ij. c. ſeruitium.*
C. de vſur. l. ſi creditor.	*C. de long. temp. præſcript. l. vlt.*
D. de act. & oblig. l. obligationum. §. placet.	*C. de ſeruit. l. ij.*
C. de agricol. & cenſi. l. litibus.	*D. de ſerui. vrb. præd. l. foramen.*
De ſeruit. l. ſeruitutes.	
D. de vſucap. l. ſequitur. §. vlt.	

SOLVTIO.

SERVITVTES præſcribuntur, quæ habent continuam cauſam, ſeu naturalem, vt eſt ſeruitus aquæ ducendæ. C. de ſeruit. l. ij. Item tigni immittendi, & ſtillicidij, quæ habent cauſam naturalem, acquiruntur longa, vel longiſsima præſcriptione ſecundum canones. d. l. foramen. Quæ verò continuam aut naturalem nõ habent cauſam, non præſcribuntur: niſi tanto tempore durauerint, cuius non exiſtat memoria. D. de aqua, & aquæ pluuiæ arc. l. ij. §. j. & §. idem Labeo.

REGVLA CVI.

Cenſus non eſſe augendos.

PRO.	CONTRA.
Ext. de præbend. & dignitat. c. auaritiæ.	*Ext. de præbend. & dignitat. c. de monachis.*
Ext. de his quæ fiunt à prælat. c. paſtoralis.	*Ext. de cenſibus. c. quanto.*
Ext. de cenſ. c. prohibemus. & c. ſignificauit.	*Ext. de iur. patron. c. præterea.*
C. de omni agro deſerto. l. fin.	*Ext. de tranſact. c. de cætero.*
C. de alluuionib. l. vlt.	*D. locat. l. ſi merc. §. vis maior.*
C. de noua vectig. l. iij.	*D. de reg. iur. l. ſecundum naturam.*
C. de fundo rei priuat. l. ij.	

SOLVTIO.

CENSVS conſtitutus auctoritate epiſcopi augeri non poteſt ſine auctoritate eiuſdem. Nam epiſcopus eum iuſta de cauſa augere, vel minuere poteſt. arg. d. c. paſtoralis. Cùm autem perſona ſine auctoritate epiſcopi cenſum conſtituit, non augebit cenſum vltra tempus locationis, niſi vltra modum fructus ſuccreſcant. Poſt tempus autem locationis poterit is illi, vel alij pro maiori vel minori precio locare.

REGVLA CVII.

Non ſunt facienda mala vt eueniant bona.

PRO.	CONTRA.
XXII. q. ij. c. primũ. & c. faciat.	*XI. q. iij. c. interceſſor.*
XIIII. diſt. c. qui ait.	*L. diſt. c. fidelior.*
I. q. ij. c. non eſt putanda.	*XXXII. q. iiij. c. dicit Sara.*

XIIII.q.v.c.fortè.	*XXXII.q.vij.c.offerebatur.*
XXIII.q.iiij.c.ſicut non ſunt.	*XXXiiij.q.v.c. tunc ſaluabitur.*
Ext.de vſur.c.ſuper eo.	*De conſe.diſt.v.c.diſcipulos.*
Ext.ne cler.vel mona.non magnopere.	*Ext.de furt.c.ſi quis.*

SOLVTIO.

PRIMA regula ſimpliciter vera eſt. Contraria autē non obſtant: quia licet in eis malum prætextu, vel compenſatione boni videatur factum fuiſſe, non tamen in veritate factum fuit malum in ſe, licet eſſet de genere malorum, cùm auctoritate canonis excuſetur. d. c. anteceſſor, & ext. de iureiurand. c. ſi verò.

REGVLA CVIII.

VNVMQVEMQVE cuiuſlibet criminis cauſa poſſe ab eccleſia ad ſatisfactionem compelli.

PRO.	CONTRA.
XII.q.j.c.vlt.	*Ext.de iudicijs.c.nouit.*
II.q.j.c.ſi peccauerit.	*VI.q.iij.c.ſcriptum.*
XXXII.q.ix.c.inceſtuoſus.	*XI.q.j.c.experientiæ.*
Ext.de ſponſalib.c.ad audientiam.	*XXIII.q.v.c.regum officium.*

SOLVTIO.

IN modum denunciationis quilibet poteſt ſuper crimine ad iudicem deferri, d.c. nouit. Directè verò nō poteſt laicus apud iudicem eccleſiaſticum accuſari ſuper crimine eccleſiaſtico, puta, hæreſi, periurijs. ext. de elect. c. venerabilem. §. obiectioni. & §. eos igitur. aut ſacrilegio. ext. de fort. compet. c. cùm ſit generale.

REGVLA CIX.

MVLTA tolerari facta, quamuis prohibita eſſent, ne fierent.

PRO.	CONTRA.
IX.q.ij.c.Lugdunenſis.	*X.diſt.c.vides.*
I.q.i.c.quòd quidam.	*XXVII.q.ij.c.nuptiarum.*
II.q.vj.c.biduum.	*Ext. qui matr.acc. poſ.c.videtur.*
VII.q.i.c.epiſcopus in diœceſi.	*Ext.de ſponſa. duor.c. tua fraternitas.*
XIIII.q.vi.c.comperimus.	
Ext.de eo qui dux.in matrimo.c.i.	

Ext.

Ext. qui cleri. vel vou. c. rurſus.	*C. de leg. & conſti. l. non dubiũ. §. j.*
Ext. de eo qui cogn. conſanguin. c. tranſmiſſæ.	*D. de verb. oblig. l. ſi ſtipuler. §. fin.*
Ext. de matrim. contrac. con. interd. eccleſ. c. fin.	

SOLVTIO.

PROHIBITA fieri, ſi fiant, non tenent, ſi prohibitio habeat perpetuã cauſam prohibitionis. & quælibet prohibitio intelligitur habere perpetuã cauſam. d.l. non dubium, niſi conſtitutio prohibens exprimat prohibitum, neque id temere. ext. de fil. presbyt. c. ad abolendam. Atque ita omnia contraria ferè conciliantur. In prohibitionibus autem circa matrimonium factis, vel faciendis contraria regula obtinet. Licet enim omnes caſus ibi intelligantur prohibiti ne fiant, tamen ſi fiant, tenebunt: quia matrimonium res eſt fauorabilis. ext. de matrim. contract. contra interdic. c. ij. & ideo prohibitio contra illud inducta, eſt reſtringenda.

REGVLA CX.

AD communem & vſitatam verborum ſignificationem eſſe recurrendum, nec ab ea ſine iuſta cauſa recedendum.

PRO.	CONTRA.
D. de lega. iij. l. non aliter.	*D. de verb. ſignifi. l. preterea.*
D. de reg. iur. l. ſemper.	*Ext. de baptiſ. c. i.*
D. de tributo. l. j. §. ideo.	*XXII. q. v. c. quacunque arte.*
D. de reb. dubijs. l. in ambigna.	*D. de verb. oblig. l. quotiens.*
XXII. q. v. c. humanę.	*D. de pact. l. veteribus.*
Ext. de ſponſ. c. tue. & c. ex literis.	*D. de in ius vocand. l. quamuis. in fin.*
D. de exercit. act. l. i. §. ſi is qui.	

SOLVTIO.

VERBORVM ambiguitas quandoque eſt in iudicijs, quandoque in contractibus, quandoque in teſtamentis, de quibus ad præſens nihil. In iudicijs autem circa litis exordium plus creditur actori, quã reo. D. de iudic. l. ſi quis intentione. D. de verb. oblig. lege inter ſtipulantem. §. Si Stichum. In confeſsionibus autem

autem vrgeri debet confitens vt certum confiteatur, & id demum accipiatur, quod magis aduerſario expedit. D.de confeſsis.l.certum.& D.de interrog.actio.l.de ætate.In ſententijs autem iudicis interpretatio requiritur.Sed ſi delegatus eſt,tantum eadem die poteſt interpretari,D.de re iudic.l.Paulus.& ext. de offic. delegat. c.in literis.Idem dicendum eſt de prætorijs ſtipulationibus.D.de præt.ſtipulat.l.in prętorijs.In contractibus autem & pactis diſtinguo : Aut certum eſſe quid ſenſerint.& tunc ſi per ſe non ſubſiſtat,nihil agitur. D.de cõtrahend.emptio.l.in venditionibus. & xxxij. q.ij. c.ſolet.Vbi autem dubitatur quid ſenſerint,tunc ſubdiſtinguo.Aut valet ſecundum vnam partem intellectus, aut ſecundum vtramque.In primo caſu commodiſsimum eſt id accipi,vt res, de qua agitur, magis valeat, quàm pereat.D.de reg.iur.l.quotiens,& ext.de verb.ſignific. c. abbate. Secundo caſu inſpicimus quod veriſimilius eſt.D.de verb.obligat.l.eum quidẽ. §.vlt.& quod quandoque conſueuit accidere.xxviij.diſtinct. c.de Syracuſanæ.Aliter contra eum interpretatio fieret, qui pactũ appoſuit.d.l.veteribus. Quod verum eſt ſi non apparet cui profuturum ſit.D. de verb.obligat. l. quicquid.

REGVLA CXI.

Libera eſſe matrimonia.

PRO.	CONTRA.
xx.q.iij.c.præſens.	*Ext.de adult.c.ij.*
C.de nupt.l.neque.	*Ext.de ſponſ.c.ex literis Siluani.*
D.de verb.oblig.l.Titia.	*Ext.qui cler.vel vouend.matr.c.ij.*
xxxi.q.ij.c.vbi.	*Ext.de cler.coniug.c.j.*
lxxiiii.diſt.c.vbi.	*xxxi.q.iij.c.inter altera.*
Ext.de ſponſ.c.veniens.& c.requiſiuit.	

SOLVTIO.

AB initio libera debent eſſe matrimonia omni creaturæ humanæ,vt contrahat, vel non contrahat,aut cum hoc,vel cum illo contrahat. Poſtquam verò contracta fuerint, compelluntur retinere matrimonium contractum hi qui contraxerunt, nec vllus prætextus attenditur.

attenditur.xxxij.q.v.c.præceptum.& c.horrendus.etiã ſi ſponſalia ſola fuerint contracta ab initio. d. c.ex literis. Quandoque tamen compellitur quis contrahere ratione delicti: quia corrumpendo virginem matrimonium initiaſſe præſumitur.ext.de adult.c.j. Non autem compellendus eſt, ſi virgo non fuerit, vt ibidẽ traditur.

REGVLA CXII.

Intelligitur conceſſum, quod non eſt prohibitum.

PRO	CONTRA.
XVI.*q.j.c.ſunt nonnulli.*	Ext. *de tranſlat. c. inter corporalia.*
V.*diſt.c.ad eius verò.*	III.*q.vii.conſuluiſti.*
XXXII.*diſt.c.de illo clerico.*	XXXII.*diſt.c.de illo clerico.*
XVIII.†*q.ij.c.hoc tantum.*	XVIII.*q.ij.c.hoc tantum.* in manuſcript. xxxviij.
XXX.*q.iiij.c. qui ſpiritualem. & c. poſt.*	LV.*diſt. c.ſi euangelica.*
XXVII.*q.ij.c.lex diuinæ.*	II.*q.v.c. monomachiam.*
D.*quib.ex cauſ.maio.c.nec nõ.§.j.*	D.*de colleg. illic.l.j.*
D.*de procur.l.maritus.§.j.*	
D.*de teſtibus.l.j.*	
D.*de probat.l.ab ea parte.*	

SOLVTIO.

VBI cõſtitutio affirmatiuè, & non prohibitiuè fertur, cuilibet intelligitur eſſe conceſſum id, quod exprimitur in illa: vtputa, concedit Apoſtolus matrimonium contrahi.xxviij.diſtinct. c.de his.Hæc conceſſio ad omnes homines porrigitur, quibus ſpecialiter non prohibetur matrimonium contrahere.ext.de ſponſal.c.cùm apud. Si verò negatiuè ſiue prohibitiuè promulgatur, quilibet intelligitur prohibitus, niſi expreſſe excipiatur à prohibitione. vtputa, prohibetur ne aliquis iniiciat manus violentas in clericum. hæc conſtitutio quẽlibet prohibet, niſi alicui inueniatur permiſſũ aliquo iure ſpecialiter.ext.de ſent.excõ.c.ſuper eo.

REGVLA CXIII.

Ad ea quæ frequenter accidunt, iura aptari.

PRO.	CONTRA. AD EA, *que nunquã, aut rarò accidũt.*
XIIII.*q.v.c.denique.*	LI.*diſt.c.qui in aliquo.*
III.*q.v.c.accuſatores.*	

XIX.q.ij.c.due ſunt.	*De conſec.diſt.iiij.c.ſanctū eſt.*
XXVIII.diſt.c.de Syracuſanæ.	*XIX.diſt.c.in canonicis.*
Ext.de deſpon.impub.c.literas.	*C.de legit.hered.l.ſi maior.*
D.de leg.& ſenatuſconſ.l.iura.	*Auth.de reſtitut. & de ea que parit.§.ſiquidem mulier.*
D.ſi pars hered.peta.l.antiqui.	

SOLVTIO.

EX ordine, & regulari iure obtinet prima pars, vt per ſua exempla probatur. Contraria autem caſualia intelliguntur non tenere, cùm in negotijs gerendis interſeruntur, D.de reg.iur.l.ea quæ.

REGVLA CXIIII.

Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.

PRO.	CONTRA.
I.q.j.c.quod pro neceſſitate.	*XIX.q.ij.c.due ſunt.*
I.q.vij.c.quod pro remedio.	*XXXII.q.vij.c tantum.*
LXI.diſt.§.his omnibus.	*XVI.q.vlt.c.conſtituit.*
Ext.de vo.& voti red.c.magne.	*Ext.de ſponſ.c.ad audientiam.*
Ext.de conceſ.preben.c.quoniam diuerſitatem,& c.ex parte.	*D.de condit.indeb.c.videmus.*
Ext.de appell.c.cum ceſſante.	*D.condic.cauſ.data.c.dedi.*
D.de condit.ſine cauſa.per totū.	

SOLVTIO.

SI ceſſat cauſa impulſiua tantum: vt ſi cauſa aliqua impellat populum ad aliquid ſtatuendum, quod etiam ſine cauſa illa ſtatuendum eſſet, ceſſante cauſa, non ceſſat conſtitutio. Idem ſi quis det aliquid propter aliquam cauſam, quæ tamen ex neceſſitate eum dare non compelleret: puta, ſi des mihi aliquid, vt amicus tuus efficiar, non repetes illud. dict.l.dedi. Si autem ſit cauſa finalis, ſine qua nullo modo cōſtitutio fieret, nec fieri deberet, ea ceſſante, ceſſabit conſtitutio, d.c.quod pro remedio. Aut ſi det aliquis propter cauſam, quæ dantem (ſi vera eſſet, & duraret) compelleret ad dandum: ſi illa ceſſet, repetet quod datum eſt, D.de condit. ſine cauſa.per totum. Et hoc eſt quod vult dicere, illa dec.ex parte.

REGVLA CXV.

CONTRACTVS ex vna parte claudicare poſſe, & nihilominus ſubſiſtere.

PRO.	CONTRA.
XXXII.q.v.c.propoſito.	XXXII.q.i.c.ſi quis.
XXXIIII.q.ij.c.in lectum.	D.de arbitriis.l.ſicut dies.
XXXIII.q.v.c.manifeſtum.	D.de verb.ſign.l.Labeo libro.
XI.q.ij.c.ſi qua de rebus.	
Ext.de deſponſ.impub.c.de illis.	
Ext.de eo qui dux. in matrim. c.propoſitum.	
D.mandati.l.poteſt.	
Inſtit.de auth.tut.§.i.	

SOLVTIO.

FATEOR obligationem ex vna parte poſſe tenere, ex altera non, vt apparet per contraria hic poſita. Obligatio autem matrimonialis ex vna parte conſiſtere non poteſt: quia cùm vir & vxor, ſponſus & ſponſa ſint relata, poſito vno, ponitur & reliquũ; & vno perempto, perimitur & reliquum. Vnde ſi vir, vel ſponſus aliquis ſit vinculo matrimoniali aſtrictus mulieri, & illa eidem alligata eſſe debet.

REGVLA CXVI.

QVOD ratihabitio retrotrahitur, & confirmat ab ab initio inualidum.

PRO.	CONTRA.
Ext.de ſponſ & mat.c.ad id.	D.de acquir.hered.l.ſi quis mihi. §.iuſſum.
Ext.de condit.appo.c.de illis.	D.de his qui not.infam.l.quid ergo.
Ext.de clandeſt.deſpon.c.quod nobis.	Ext.de elec c.auditis.
Ext.qui mat.accuſ.poß.c.inſuper.	Ext.de coniug.ſeru.c.ad noſtram.
Ext.de renunc.c.quod in dubijs.	Inſt.de auth.tut.§.tutor.
LXIII.diſt.c.Salonitanæ.	
XVIII.q.ij.c.de monachis.	
XXXI.q.ij.c.ſi verum eſt.	
D.ad Maced.l.vlt.	
D.de vi & vi ar.l.j.§.quod autẽ.	

SOLVTIO.

PRIMA regula obtinet regulariter: contraria ſunt caſualia. Et tunc demum per ratihabitionem confirmantur res prius inualidæ, ſi earum perfectioni nihil obſtat, niſi diſſenſus habentium ratam. alioquin ſi aliquid obſtaret, non confirmaret ratihabitio. d. c. auditis.

REGVLA CXVII.

Solennitates non nocere ſi omittantur.

PRO.	CONTRA.
Ext. de teſtib. c. tuis.	IIII. *q. iij. c. conſanguineorum.*
Ext. de elec. c. dilecti.	XXV. *q. v. c. aliter.*
Ext. de ſpon. duor. c. tua nos.	XXIII. *diſt. c. quorundam.*
Ext. de ſacramen. non iterand. c. paſtoralis.	II. *q. i. c. inprimis. & c. ſtatutis.*
Ext. de teſtam. c. relatum. & c. requiſiuit.	*C. de iura. calum. l. ij. §. ſed quia.*
XXX. *q. v. c. noſtrates.*	*D. de poſtul. l. quos prohibet.*
De conſec. diſt. iiij. c. a quodam.	
C. de form. & impet. ſubl. per tot.	

SOLVTIO.

SOLENNITATES quæ exiguntur ad rei ſubſtantiam, vitiant ſi omittantur. d. c. quorundam. Quæ verò inducuntur ad ornatum, ſi omittantur, non vitiant, vt in prima parte rubricæ. In ſacramentis autem, quia ignoramus quid ſit de ſubſtantia, ſicut in ordinibus, ſi quid omittatur, debet ſuppleri. d. c. paſtoralis.

REGVLA CXVIII.

QVOD contractus aduerſus interdictum eccleſię initus non obtinet vigorem.

PRO.	CONTRA.
X. *diſt. c. vides.*	*Ext. de eo qui cog. conſang. c. tráſmiſſæ.*
XXXV. *q. iij. c. contradicimus.*	*Ext. de clandeſt. deſpon. c. ij.*
XXXII. *q. iiij. c. non oportet.*	*Ext. de ſpon. c. cùm in Apoſtolic.*
Ext. de ſpon. duor. c. tua fratern.	*Ext. de matr. contrac. contra interdic. c. pen.*
Ext. qui mat. acc. poſ. c. videtur.	XVII. *q. ij. c. nos nouimus.*
C. de inceſt. nup. l. qui contra legum.	

SOLV

SOLVTIO.

QVIDAM diſtinguunt, vtrum ſit interdictum eccleſiæ publicè factum, vt tunc non teneat matrimonium.d.c.tua fraternitas, an priuatim, vt tūc teneat. Verùm iſta diſtinctio reprobatur per decret. ext.dé matri.contrac.cont. interd. c. literæ. Dic ergo quòd nunquam ſolum interdictum eccleſię dirimit matrimoniū, niſi ſubſit ei cauſa perpetua: vtputa, conſanguinitas, vel quid ſimile. Si autem cauſa ſubſit perpetua, illa dirimit matrimonium, imò à principio impediet, ne teneat tūc interdictum eccleſiæ, vt ext.de matri. contract. contra interdic.eccleſ.c.ex literis.& c.vlt.niſi interdictum fieret à Papa in modum iuris conſtituendi: quia Papa poteſt inducere impedimentum perpetuum in matrimonio, conſtituendo ius nouum.

REGVLA CXIX.

Conditionem appoſitam pro non appoſita haberi.

PRO.

x.q.j.c.ſic quidam.
Ext.de condi.appo.c.quicunque.
Ext. de teſta.c.requiſiuit.
C.de inoſ.teſtament.l. cum te.
C.de condi.inſertis.l.cùm patrem.
C.de inſtit.& ſubſtit.l.reprehendenda.
C de his quæ pœne nomine.l. vna.
D.de condi. & demon.l. dubitamus.
D.de vſu.& habit.l.ſed neque.§.ſi vſusfructus.
D.de condi.inſtit, l.penult.
D.de lega.j.l.ab omnibus.§.in teſtamento.
Inſtit.de heredib. inſtit.§.impoſſibilis.

Quandoque vitiare, & non vitiari.

xxxii.q.ij.c.ſolet quæri.& c.aliquando.
Inſt.de lega.in fin.
D.de act.& oblig.l.non ſolum.
D.de condit.inſtit.l.ſi Titius.& l.filius.

Quandoque ſuſpendere.

Ext.de app.c.preterea.
Ext.de condi.appo.c.verum.& c. ſuper eo.& c. per tuas.
Inſt.de verbor.oblig.§.ex conditionali.

11.q.vj.c. biduum.
D.de contrahend. emption.l.hæc venditio.
D.de peric.& commo. rei. ven. l.neceſſario.

SOLVTIO.

QVIDAM actus legitimi ſunt, qui expreſſam conditionem, vel diem non recipiunt, & ſi in eis apponatur dies, vel conditio, vitiantur, vt eſt emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, tutoris datio. Recipiunt tamen tacitam conditionem interdũ. D.de reg.iur.l.actus. Alij actus legitimi recipiunt conditionẽ. Nam ſtipulatio, quia eſt actus legitimus, conditionem recipit. Inſtitut.de verb.oblig.§.omnis, & nouatio. D.de nouat.l.quotiens. & matrimonium. d.c.ſuper eo. Idem in alijs contractibus, ſi conditio à iure nõ reprobata apponatur, ſuſpendit contractum, d.c.ſuper eo, & in omnibus concordantijs vltimo poſitis. Si autẽ apponatur conditio impoſsibilis, vt, Contraho tecum, ſi contraxero cum Titia, propter perplexitatem non tenebit matrimonium, ſicut nec alij actus. d.l.ſi Titius. Si verò ſit impoſsibilis propter peccatum, puta, Contraho tecum, ſi occidas hominem, reijcienda eſt conditio, & tenebunt ſponſalia & matrimonium; d.c.quicunque. Et idem in alijs contractibus: vt in concordantijs in parte prima Rubricæ poſitis. Excepto in filio. Nam ſi in inſtitutionibus apponatur hæc conditio impoſsibilis in perſonam filij, vitiat inſtitutionem. d.l.filius. Vbi apponitur conditio impoſsibilis, cui natura eſt impedimento quominus exiſtat: veluti, Contraho tecum, ſi cœlum attigeris digito: contractus matrimonij ſub tali conditione non tenet. Inſt.de inutil. ſtipul.§.ſi impoſſibilis. nec fortè etiam matrimonium; quia non videtur conſentire, qui ſub tali conditione contrahit, quæ nunquam poteſt exiſtere. Verius tamẽ eſt quòd teneat, ſi conditio abijciatur. d.c.quicunque. Sane cùm apponitur conditio contra ſubſtantiam matrimonij, ea vitiat matrimonium. veluti ſi dicam, Contraho tecum vſque dum pulchriorem, ac honoribus & facultatibus mihi aptiorem inuenero: nullum erit matrimonium. d.c.ſolet quæ-

let quæri.& dict. c.aliquando. & ext. de condit. appoſ. c.vlt.

REGVLA CXX.

EXCOMMVNICATVM habere perſonam ſtandi in iudicio.

PRO.	CONTRA.
Ext.de iudic.c.intelleximus.	*Ext de of.ord.c.quæſitum.*
Ext. de condit. appo. c. cum ſit proprium.	*Ext. de hæretic.c.vergentis.*
Ext. de ſentent, excommun.c.ſi vere.	*Ext.de ſent.excom.c.per tuas.*
XI. q. iij, c. ſi epiſcopus. & c.ſeruetur.	*XI.q.iij.c.cum excommunicato.*

SOLVTIO.

EXCOMMVNICATVS in agẽdo non habet perſonã ſtandi in iudicio, d.c.per tuas, & ext.de excep. c.cum inter. præterquã in duobus caſibus: ſcilicet quando dicit ſe eſſe excommunicatum poſt appellationem, vel quãdo error intolerabilis eſt expreſſus in ſententia, d.c. per tuas. In reſpondendo autem habet perſonam ſtandi in iudicio, quia conueniri poteſt: & reſpondebit per procuratorem, ſi habeat. d.c. intelleximus. vel in propria perſona, ſi nõ habeat procuratorem, ne de ſuo dolo commodum reportet. d.c. ſi vere.

REGVLA CXXI.

Allegantem turpitudinem ſuam, non eſſe audiendũ.

PRO.	CONTRA.
XIIII.q.v.c.forte.	*Ext.de ſent. & re iud.c.lator.*
XVI.q.j.c.legi.	*Ext.de conceſ.præbend. c. ex tenore.*
XXVII.q.ij.c.non ſane.	*Ext.de præbend. & dign.c.cum non ignor.*
XXIX. q. j. c. perlatum.& q. ij. c.dictum.	*Ext.de teſtibus.c. quoniam.*
Ext.de teſtibus.c.veniens.	*XIIII.diſt.c. verum.*
Ext. de conceſſ. præbend. c.ſuper quæſtionem.	*XV.q.iij.c.nemini.*
Ext.de eo qui dux. in matrimon. c.propoſitum.	*XXXV.q. iij. c. extraordinariis.*
Ext.de donat.c.inter dilectos.	*LXXX.diſt. c.ſi quis putauerit.*
C.de his quæ in fran.cred.l.filios.	*C.de libera.cau.l. ſi filium.*
	D.ad municipal.l. Titio.

C.de tranſact.l.tranſactione.	*D.ſolu.matri.l. viro.*
C.de ſeruo pig.dat.manum. l.ſi creditoribus.	

SOLVTIO.

ALLEGANS turpitudinem ſuam in agendo non auditur, niſi in crimine lęſæ maieſtatis, & ſimonię, d.c.verum. Ad teſtimonium tamen in ſimonia non admittuntur, qui ſunt eadem turpitudine maculati, d.c. veniens. In excipiendo autem turpitudinem ſuam allegans auditur. ext. de conceſ. præben. d.c. vlt. & hoc propter regulam, quæ dicit, In pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio rei. D. de reg. iur. l. cùm par delictum. niſi actor iuuetur commodo poſſeſsionis: tūc enim potiores erunt partes actoris propter aliam regulam, quę dicit, In pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſſidentis. D. de condic. ſine cauſa. l. auunculo. niſi actor ſtaret pro matrimonio, re ſcilicet fauorabili. ext. de diuor. c. ſignificaſti. Si autem actor tantum eſſet in turpitudine, & allegaret eam indiſtinctè, eſt repellendus: niſi alleget in cauſa, in qua vertatur periculum animæ. d.c. lator.

REGVLA CXXII.

Verbum generale generaliter intelligendum.

PRO.	CONTRA.
*Ext.de coniug.lepro*ſ*.c.quoniam.*	*I.q.i.c. ſunt nonnulli.*
XII.q.j.c. dilectiſsimi.	*De conſec.diſt. ij.c.liquido.*
XIX.diſt.c.Romanorum.	*Ext.de decimis.c. ad audientiã.*
De conſec.diſt.iiij.c.vt oſtenderet.	*& c.tua.*
& c.quiſquam.	
D.de reb.dubijs.l.ſi is qui.§.vtrũ.	

Verbum generale reſtringi.

I.q.j.c.indices.
II.q.ij.c.omnes leges.
XXIII.diſt.c legimus.
XVI.q j.c.in omnibus.& c.vlt.
LXXV.diſt.c.quod die dominico.
Ext.de ſimo.c.& ſi queſtiones.

Indefinitam æquipollere vniuerſali.

XXVIII.q.j.c. idololatria.

XXIII.q.v.c.ſi non licet.
LV.diſt.c.ſi euangelicam.
I.q.iij.c.ſaluator.

SOLVTIO.

VERBVM generale generaliter accipitur: quia ſi vniuerſalis eſt vera, quælibet eius particularis erit vera.d.c.ſi is qui.niſi conſtet contrahentem, vel teſtatoré de aliquibus ſpecialiter intellexiſſe. C.de tranſact.l.age. & D.de ſupellec. legat.l. Labeo, vel niſi cenſus hoc non patiatur, vt d.c.omnes. In iure autem ſemper indefinita æquipollet vniuerſali, quia quod indefinitè dicitur in canone, generaliter eſt intelligendum, xxxj.q.j.c.Deus.

REGVLA CXXIII.

Quod contra leges fit, per leges diſſolui meretur.

PRO.	CONTRA.
XXI.q.ij.c.imperiali.	*I.q.j.c. quod quidam.*
XXXV.q.iiij.c.contradicimus.	*IX.q.ij.c.Lugdunenſis.*
Ext.de teſtibus.c.in nomine domini.	*VII.q.j.c.epiſcopus in diœceſi.*
	XXVII.diſt.c.ſi vir.
Ext.qui m.ſi.acc.poſ.c.videtur.	*XLIIII.diſt.c.de Iudeis.*
C.de leg.& conſt.l.non eſt dubiũ.	*L.diſt.c.ex antiquis.*
D.de verb.oblig.l.ſi ſtipulor.§.j.	*XIIII.q.vj.c.comperimus.*
	LXXIII.diſt.c.vbi iſta.
	De conſec.diſt.iiij.c.à quodam.
	Ext.de frigid. & malef.c.fraternitatis.
	Ext.qui cler.vel vou.c.conſuluit.& c.rurſus.
	D.de condi.ſine cauſa.l.aũc.

SOLVTIO.

VERA eſt regula, quòd quicquid fit contra leges, de iure pro infecto haberi debet. †Sed eſt ſupplẽdum in regula, quicquid fit cõtra leges, ſupple, habẽtes perpetuam cauſam prohibitionis. Nam ſic contractum non diſſoluunt. Et ita reſponde ad illud c. ſi vir, & ſimilia. Item ſupplendum eſt, quod fit contra leges. & c. ſi illud quod fit contra leges ſortiatur effectum de iure. Et

quia ea dicimur tantum facere poſſe, quæ iure poſſumus.

ſecundum hoc non eſt obiectio de turpitudine dantis, quia hæc fit contra legem, ſcilicet datio in turpi cauſa: attamen non diſſoluitur per legem, quia non deficit ibi ius, ſed perſona quæ repetit. Nec eſt ibi obiectio de maleficijs, quia illa non ſortiuntur effectum de iure. Nec eſt obiectio de diſpenſatione, quia diſpenſatio eſt contra literam legis. Nec eſt contra ſententiam, quia ius iuſsit quòd exigente neceſsitate relaxetur illud quod ſtatuitur. Vnde eſt obiectio de ſententia, quæ non debet ferri ſub conditione, ſed ſi feratur, tenet. ij.q.vj.c. biduum. quia illud non eſt tam prohibitum, quàm non admiſſum.

REGVLA CXXIIII.

SENTENTIAM excommunicationis poſſe ferri ſub conditione.

PRO.	CONTRA.
v.q.j.c.quidam.	*II.q.vj.c.biduum.*
LXIIII.diſt.c.Salonitanæ.	*Ext.de reg.iur.c.actus legitimi.*
XVII.q.iiij.c.ſi quis ſuadente.	
Ext.de appell.c.præterea.	
Ext.de matri contrac.cont.interdic.eccl.ex literis.	

SOLVTIO.

SENTENTIA definitiua non debet ferri ſub conditione, lata autem tenet, d. c. biduum. Sed ſententia excommunicationis referri poteſt, quia in multis differt ab alijs ſententijs, & per appellationem releuatur, ext. de appel. c. paſtoralis. Item ſiue iuſta ſit, ſiue iniuſta, tenet, ix.q.iij.c.j.

REGVLA CXXV.

Quòd opinio non præiudicat veritati.

PRO.	CONTRA.
III.q.vij.c.Infamis.§.tria ſunt.	*Ext.de digam.c.nuper.*
xv.q.j.c.illud peræque.	*Ext.qui fil.ſunt leg.c.referente.*
Ext.de iur.patron.c.conſuluit.	*Inſt.de leg.§.ſi quis rem.*
Ext.qui fil.ſunt legit.c.cum inter.	*Inſtit.de vſucap.§.error autem.*
Ext.de preſ.non bapti.c.vlt.	*D.de vſucap.l.ſi fur.§.j.*
Ext.de ſent.excomm.c.ſi verè.	*D.de leg.iij.l.j.in prin.*

D.de

D.de offi. preſid. l. Barbarius.
D.de ſo ut. l. verò procuratori.
D.pro empt.l.quod vulg.& L.ij.
D.de iur.& facti ignor.l.regu-la.§.qui ignorauit.

SOLVTIO.

DISTINGVENDVM hîc eſt.Opinio de aliqua re, vel eſt omnium, & tunc aut eſt emendabilis apparente meliore, atque ſic cedit, & euaneſcit comperta veritate, viij diſt. c. ſi conſuetudinem: aut re minimè integra emendari non poteſt,& ſic opinio publica loco veritatis manet. vt, ſi aliquis coniungatur affectu matrimoniali in facie eccleſiæ conſanguineæ ſuæ: licet poſtmodum appareat nullum fuiſſe matrimonium,tamen propter publicam opinionem perinde habetur,ac ſi verum fuiſſet matrimonium, & filij legitimi reputabuntur.d.c.cum inter.Opinio autem ſingularis perſonæ non præiudicat veritati,vt puta,ſi coniungatur quis conſanguineæ ſuæ, & ignoret illam eſſe conſanguineã ſuam,eccleſia autem ſciat,propter opinionem ſingularem non reputatur matrimonium,nec filij erunt legitimi.d.c.referente: fallit tamen in vſucapionibus, vbi opinio ſingularis perſonę pro veritate habetur.d.l.quod vulgò.& in maleficijs.d.c.nuper.

REGVLA CXXVI.

Denunciationem impunè non contemni.

PRO.	CONTRA.
Ext. de dolo & contumac. c.cauſam.	*Ext.de elec. c.cum inter canonic.*
Ext.de accuſat.c.Deus omnipot.	*D.quod falſ. tutore auth. geſt. eſſe dic. l.ſi cum falſo. & l.ij.*
Ext.de noui oper. nunc.c. intelleximus. & c.ij.	*D.de minorib. l.tutor.*
C.de rei vind.l.ſi fundum.	*D.de remiſ.pigno. l.j.*
D.quæ in fraud. credit. l. ait prætor.§.ſi quis.	*D.pro emptor.l. alienam.*
	C.de reſcind. vendi.l.ſi maior.

SOLVTIO.

SI bona fide non credit denuncianti, non nocebit denunciatio. Si verò credat, nocebit, ſi poſt ipſam proce-

procedat. D. quod fal. tut. aucto. geſt. L. ij. In denunciatione autem noui operis nocet.

REGVLA CXXVII.

Quòd Imperator non habet iuriſdictionem à Papa.

PRO.	CONTRA.
Ext. de iudic. c. nouit.	*Ext. de elect. c. venerabilem.*
Ext. de appel. c. ſi duobus.	*Ext. de for. compet. c. licet.*
X. *diſt. c. quoniam idem.*	LXIII. *diſt. c. omnis electio.*
VIII. *diſt. c. quo iure.*	*De conſec. diſt. v. c. in die.*
XXIII. *q. v. c. regum.*	XCVI. *diſt. c. Conſtantinus.*
manuſcrip. xxxij. q. vi. †XXXIII. *q. ij. c. inter hæc.*	XV. *q. vj. c. alius item.*
XCVI. *diſt. c. cùm ad verum.*	
In Auth. quomo. oport. epiſc. in princip.	
XCIII. *diſt. c. legimus.*	

SOLVTIO.

DICVNT nonnulli Imperatorem habere gladium à Papa, quia Cõſtantinus imperium reliquerit Romanæ eccleſię, d. c. Conſtãtinus. Verius tamen eſt, quòd à Deo habeat, quemadmodũ dicit Auguſtinus viij. diſt. c. quo iure. Nec enim apparet Papam Imperium accepiſſe, neque Conſtantinus potuit ſucceſſori ſuo præiudicare.

REGVLA CXXVIII.

NVLLAM ſpiritualem, ſeu eccleſiaſticam perſonã habere in terris aliquam poteſtatẽ & adminiſtrationem ſecularem.

PRO.	CONTRA.
XI. *q. j. c. magnum. & c. te quidem.*	*Ext. de maio. & obed. c. omnes.*
XI. *q. j. c. clericus. & c. cui portio. & c. duo ſunt.*	XI. *q. j. c. futuram.*
Ext. de maio. & obed. c. ſolitæ.	LXIII. *diſt. c. ego Ludouicus. & c. Hadrianus: verſ. per ſingulas.*
LXXXVIII. *diſt. c. perlatum.*	XCVI. *diſt. c. quis dubitet. & c. Conſtantinus.*
XCVI. *diſt. c. cùm ad verum. & c. ſi Imperator.*	XI. *q. i. c. omnes itaque. verſ. volu.*
Ext. qui fil. ſint legit. c. cauſam quæ inter.	XXIII. *q. viij. c. igitur. & c. hortatu. & c. vt pridem.*

XCVII. *diſt.c.ecleſ.& c.Victor.*
XXIII. *q.viij.c.reprehenſibile.*
& c.ſeq.

SOLVTIO.

NEMO Deo militãs implicare ſe debet negotijs ſecularibus, dict.c.reprehenſibile. Neque ſpirituale Chriſti regnum, cui ſacerdotium miniſtrat, eſt ſub elemẽtis huius mundi quærendum, d. c.duo ſunt. & quia raſio capitis eſt temporalium depoſitio, vt ibidem dicitur, ideo non obſtant quæ in contrarium adducuntur. Nam illa partim loquuntur de functione eccleſiaſtica, quæ ad principem nõ pertinet, partim etiã vbi de poteſtate ſeculari dicũt, eſt allegatio partis de facto præſumpta, d.c.igitur.& c. Conſtantinus. Quantum ad diſpenſationem rerum eccleſiæ, non debet prælatus ſe eis totum immiſcere, neque œconomi officium, quem epiſcopus debet cõſtituere, ſubire, lxxxix.diſt.c.volumus. ſed debet eſſe diſcretus in ſuo officio perſoluẽdo, xxxvj. & xxxix.diſt.& Leuitica portione (ſi reuera indiget) cõtentus, reſpectum habebit, vt peculium eccleſiæ ac reditus tantum ad neceſſariam egentium ſuſtẽtationem relicti, ritè per ſuos diſpenſentur. xij.quæſt.j.c.ex his.& lxxxviij.diſt.c.perlatum.& c.epiſcopus nullam. In temporalibus verò ſuperioritatibus, & omnibus iuribus mundanis ſicut Deus, & Apoſtoli in terris Imperatori ſubditi fuerunt, ita quoque ſucceſſores eorundẽ ſubijci debent, ne ſibi iudicium acquirant, d.c.magnũ.& xj.q.iij.c.qui reſiſtit. Nam imperialis poteſtas à Deo eſt. d.c.ſi Imperator. Quomodo autem Papa vtrunque gladium, & cœlum, & terram à Deo in ſolidum acceperit, Deus nouit.

Omnia iura Pontificu ſaluo verbo Dei, in manu Imperatoris ſunt. xxiij.q.viij. conuenior.& Pontificalu, apex imperatoria poteſtati ineſt. xxi. diſt.cleros

REGVLA CXXIX.

Paria delicta mutua penſatione diſſoluuntur.

PRO.	CONTRA.
Ext.de diuort.c.ſignificaſti.	*Ext, de preb.c.cũ non ign-res.*
Ext.de adult.c.intelleximus.	*Ext.de conceß.præb.c.ex tenor.*
Ext.de conceß.præb.c.cùm ſuper.	VI.*q.i.c.qui crin.en.*
Ext.de except.cum eccleſiaſticæ.	D.*de dolo.l.ſi duo.*

XXIII.

XXIII.q.vi. c.nihil iniquius.
D.de condi. ſine cauſa. l.auunc.
D.de condi. ob turp.cauſ.l.ij.
D.ſol.matri.l.viro atque vxore.
D. de do.excep..l.apud Celſum. §.Marcellus.
XXV. diſt.c.priuatum.
D.de reg. iur.l. cum per delictũ.
C.de libera cauſa. l.ſi filium.

SOLVTIO.

SPECIALE eſt in cauſa matrimonij, quòd actor oppoſita replicatione adulterij, exceptionem adulterij à reo oppoſitam elidat: aliàs in cauſa pari turpitudinis conditio rei potior eſt. d. l. cùm par delictum. & not. fuit ſup. in illo generali, Allegans turpitudinem ſuam audiri non debet. Item in exceptis criminibus audiuntur participes criminis contra reum, vij.q.j.§.quiduis.

REGVLA CXXX.

NEMO plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet.

PRO.

I.q.vij.c.Dabertum.
LIIII.diſt.c.abbatem.
Ext. de iur. patron. c. cura. & c.quod autem.
Ext.de donat. inter virum & vxor.c.nuper.
D.de donat. l.filius.
D.de acquir.re.dom. l. tradit.
D.de reg.iur.l.nemo. & l. in his.
C.quod cum eo.l.ſi libertam.

CONTRA.

D.de adminiſtr.tutor. l. lex que, & l.ſ.n.
De acquir. rer. domin. l. non eſt nouum.
D.de euic.l.ſi pignora.
D.de vſufruct. l. quod noſtrum.
In Auth. quib. alien. non li.et. §. contra.
Ext.de donat. c.paſtoralis.
De conſec. diſt.iiij.c. à quodam.

SOLVTIO.

REGVLARE eſt quòd nullus plus iuris poteſt in alium transferre, quàm habet. fallit tamen in creditore, qui vendendo pignus transfert dominium quod non habuit. d.§. contra. Item in tutore, qui vendendo rem pupilli, transfert dominium quod ipſe non habuit d.l. lex quæ. Item in executore, qui vendendo rem alterius transfert dominium, quod non habuit. l. ſi pignora. Item in vſusfructus conſtitutione, quia licet dominus non habeat vſumfructum rei ſuæ, tamen concedit alij. d.l. quod noſtrum.

REGV-

REGVLA CXXXI.

Facientes & conſentientes pari pœna plectuntur.

PRO.	CONTRA.
II.q.i.c.votum.	*Ext.de cleric. excom.c.lator.*
XVII.q.iiij.c.omnes.	*Ext. de homic.c.ſicut dignum.*
XI.q. iij.c.qui conſentit.	*LXXXVI.diſt.c.tanta.*
III.q.iiij.c.conſanguineorum.	*I.q.i.c.quicquid.*
LXXXIII.diſt.c.j.ij. & iij.	*XXIIII.q.iij.c.qui aliorum.*
Ext.de ſimon.c.non ſatis.	*D. de furt. l.is qui opem.*

SOLVTIO.

EST conſẽſus cooperationis: hic talis punitur æqualiter cum faciente, vt in Rubrica dicitur. Eſt & conſenſus negligentiæ, & talis conſenſus minus punitur quàm faciens, d.c. quicquid. Et conſenſus authoritatis, vbi quis præſtat authoritatem illi, qui per ſe committere non potuit, d. c. qui aliorum.

REGVLA CXXXII.

Diuturnitas temporis nõ minuit peccatũ, ſed auget.

PRO.	CONTRA.
XXIIII.q.ij.c.ſchiſma.	*Ext.de iur.patron.c.cura.*
XXXII.q.ij c.flagitia.	*Ext.de tempo.ordi.c.ſanè.*
VIII.diſt.c.conſuetudo.	*Ext. de cogna.ſpirit. c.ſuper eo.*
Auth.vt nulli iudic. §.j.	*XXXII.q.iiij.c.obijciuntur.*
Ext.de ſimon.c.non ſatis.	
D.de act.& obl.l.obligationum.	

SOLVTIO.

LONGVS & inueteratus vſus illius, qui malam inducit conſuetudinem, non excuſat illum inducentem, nec minuit delictum, ſed auget. Aliorum autem vſus, qui illam malam conſuetudinem fuerant ſecuti, extenuabit peccatum, ſed non minuit, verùm auget, quantum ad animum delinquentium: quia quanto longiùs obſeruata fuit, tanto pluries deliquit. non autem quantum ad magnitudinem delicti. Veriùs tamen ſuprà ſoluitur in illo generali, Conſuetudinẽ excuſare.

REGVLA CXXXIII.

MITIVS agitur cum ſponte confeſſo, quàm cum in iure conuicto.

PRO.

PRO.	CONTRA.
C.de confeſſis.l.j.	*XI.q.j.c.imprimis.*
Ext.de confeſſis.c.ij.	*XV.q.viij.c.ſi quis presbyter.*
Ext.de iudic.c.at ſi clerici.	*Ext.de furt.c.vlt.*
Ext.de ſimon.c.de hoc.	
XII.q.ij.c.non dicatis.	
II.q.i.c.nos in quenquam.& c.index.	
L.diſt.c.presbyterũ.& c.ſi quis.	

SOLVTIO.

MITIVS agitur cum confeſſo, quàm cum conuicto: niſi confiteatur metu probationis. tunc enim perinde punietur, acſi conuictus eſſet.

REGVLA CXXXIIII.

Rei quantitas iuris diuerſitatem inducit.

PRO.	CONTRA.
I.q.i.c.indices.	*Ext.de emp.& vend.c.ad noſtram.*
II.q.vj.c.anteriorum.	*Ext. de appel. c. de appellationibus.*
Ext.de decimis.c.ſuggeſtum.	*Ext.de ſimon.c.ex tuæ. & c.j.*
Ext.de ſimo.c.& ſi quæſtion.	*XIIII.q.vi.c.furtum.*
D.de abige.l.i.	

SOLVTIO.

OPTIMVM generale eſt, & obtinet in pecuniaria ſatisfactione, vbi naturalem imitatur æquitatem. Contraria verò obtinent in maleficijs, vbi ſecundum iuris apices plus rigor quàm æquitas, plus factum quàm ius conſideratur. D. ad l. Cornel. de ſica. l. in maleficijs. Quod de appellationibus adijcitur, exiſtimo ſpeciale. hoc tamen habet commune cum prioribus, quòd introducta eſt ad rigorem iuris obſeruandum.

REGVLA CXXXV.

CVM conceditur alicui quod maius eſt, prohibetur ei quod minus eſt.

PRO.	CONTRA.
Ext.de raptor.c.ſupereo.	*Ext.de decimis.c.tua.*
Ext.de decimis.c.tua.	*XLIIII. diſt.c.nulli clerico.*
Ext.de torneam.c.felicis.	*XXIIII.q.i.c. miramur.*
Ext.de offi.ord.c.paſtoralis.	*VII.q.ij.c.nullus primas.*
Ext.de tempo.ord.c. literas.	*D.de ſenato.l. qui indignus.*

11.q.1.c.ſi qui epiſcopi.	*D. de interdict. & relegat. l.relegatorum.*
L.diſt.c.placuit.	
LXXX.diſt.c.epiſcopi non in.	
LXXXVIII.diſt.c.epiſcopus guber.	

SOLVTIO.

CVI conceditur maius, conceditur ei minus, quod eſt eiuſdem cēſuræ, niſi minus interdicatur ob honorem perſonæ. vt quia prohibetur ne epiſcopus ſit in minima ciuitate, & ſic vilipendatur. d.c. epiſcopi non in. vel niſi minus interdicatur ob terrorem. Vnde quandoque mortuo conceditur corpus Chriſti, & denegatur ſepultura. d.c. felicis.

REGVLA CXXXVI.

Quemlibet puniri in quo deliquit.

PRO	CONTRA.
XXV.q.ij.c.ita nos.	*Ext.de reſt.ſpol. c. in literis.*
XI.q.iij.c.priuilegium.	*Ext.de dolo & contum.c.j.*
XVII.q.iiij.c. frater & coepiſc.	*Ext.de iureiur. c. ad audientiā.*
Ext.de nō ordinan.mın.c.literas.	*LXXXII.diſt.c.presbyt.*
Ext.de elec.c.cum in cunctis.	*XVI.q.j.c.reuertimini.*
Ext.de vſur.c. quia fruſtra.	
Ext.de appell.c. an ſit.	
Ext.de cler.excom.c. ex literis.	

SOLVTIO.

SI non puniri poſsit in quo deliquit, puniēdus eſt per contraria remedia, & ſi nec per illa puniri poſsit, vel quia ſit pœna inſufficiēs, puniatur in alia. Quandoque autē non punitur quis in eo in quo deliquit, quandoq; indulgetur ei, quia modica fuit offenſa. ext. de dolo & contum.c.j. vel propter delictum aduerſarij non infertur ei pœna in eo in quo deliquit. d. c. in literis.

REGVLA CXXXVII.

Priuilegium tolli per abuſum, vel per actū contrariū.

PRO.	CONTRA.
XI.q.iij.c.priuilegium.	*Ext. de priuileg. c.ſi de terra. & c.accedentibus.*
LXIIII.diſt.c. vbi iſta.	*XXV.q.i.c.priuilegium.*
Ext.de præben.c.pro illorum.	*C.de excuſ.tut. c.voluntariē.*
Ext.de conſtit.c.cum acceſsiſſet.	

Ext.de his quæ fi.à maio.c.ex tenor.	*C.de his qui ſpon. mun.ſube.*
Ext.de conceſ.præb.c.cum nuper.	*l.vlt.*

SOLVTIO.

PER abuſionem non tollitur priuilegium ipſo iure, ſed poteſt auferri per ſuperiorem vbi quis abutitur eo,faciendo contra priuilegium. quoniam ſi contrariũ priuilegio feciſſet xl. annorum ſpatio, tunc tolleretur priuilegium per exceptionem præſcriptionis. d. c.ſi de terra,& c.accedentibus.Per vnicum autem actum con trarium fortè tollerentur iſta priuilegia, quæ obtenta eſſent ad inſtantiam petentium.

REGVLA CXXXVIII.

Quenque poſſe renunciare iuri ſuo.

PRO.	CONTRA.
Ext.de priuileg.c.ſi de terra.	*D.de procur.l.filiusfa.§.veteran.*
Ext.de elec.c. cum nobis olim.	*D.de poſtulan. l.quos prohibet.*
Ext.de renunc.c. quod in dubijs.	*D.de pact.l.ius agnationis.*
Ext.de regular.& trãſeun.c. ad Apoſtolicam.	*D.de iuriſd.omn. iudic.l.ſi idem.*
	C.de iura.calũn. l.ij.§.ſed quia.
	C.de pact.l.in conſcribendo.
	Ext de for.compet.c.ſi diligenti.
	Ext.de ſent. excom.c. contingit.
	VII.q.j. c.quàm periculoſum.

SOLVTIO.

QVISQVE iuri quod pro ſe eſt introductũ,poteſt renunciare.fallit tamen in caſibus,quos notaui in decretali illa,ad Apoſtolicã.Iuri autẽ quod nõ eſt introductum tantum pro me, in quantum tangit me,renunciare poſſum.d.c.ad Apoſtol.Fallit tamen hoc in tribus caſibus introductis ad decorem eccleſiæ ſeruandũ circa clericos. d.c.ſi diligenti.& c. contingit.

REGVLA CXXXIX.

Eccleſiam non debere exigere pœnam pecuniariã.

PRO.	CONTRA.
I.q.i.c. nullus epiſcopus.	*Ext.de raptor.c.in archiepiſcopa.*
XVI.q.vj.c.cognou.& c. illud.	*XVII.q. iiij.c.quiſquis.*
LXXXIII.diſt. c. ſi quis epiſcop.	*XVI.q.i c.ſtatuimus.*
Ext. de pœn.c.licet.& c.ſenten.	*XII.q.ii. c.cum deuotiſſima.*
Ext.de ſimon.c.nemo.	*I.q.i. c.quicquid.*

SOLV-

SOLVTIO.

SI pœna pecuniaria ſit taxata in iure, eã poteſt infligere prælatus quilibet, qui cognouit de cauſa eius qui deliquit, cùm fuerit conuictus, vel in iure cõfeſſus. ext.de offic.delegat.c.de cauſis. Si verò non ſit taxata in iure, tunc non infligit eam ſecundum quoſdam: vel ſi alia pœna taxata ſit quàm pecuniaria. Verius tamen eſt, ſi alia pœna ſit taxata, vel nulla, quòd poſsit inferre pœnam pecuniariam: niſi videat melius poſſe corrigi delinquentem per illam pœnam, quàm per aliam. Nam ſi in corrigendo, ſiue ignoſcendo hoc ſolum fiat, bene agitur, vt vita hominum corrigatur, xxiij. q. v.c. prodeſt. In d. autem decret. licet, inferebant iudices pœnam pecuniariam, vt ſibi retinerent eam, quod non debet fieri. Imo pœna talis debet fiſco applicari, vel in fabricam maioris eccleſiæ expendi. C.de modo mulct.l.mulctar.

REGVLA CXL.

Victum victori in expenſis eſſe condemnandum.

PRO.	CONTRA.
Ext.de priuileg.c.cum olim.	*I.q. vlt. c.ſancimus.*
Ext.de pœn.c. calumniam.	*II.q.iij.c.ſi quem. verſ.notandũ.*
III.q.iiij.c. quod fieri.	*D.de iudic.l.eum quem temerè.*
C.de iudic.l.properandum.	*Inſt.de pœna temere litigantium. in princ.*
C.de fruct.& lit.expenſ.l.ij.	*Auth.de litigioſ. §. ad excludendum.*
C.de aduoc.diuerſ.ind.l.j.	
C.de recuper.ſump.l.j.lib.x.	
C.ſent.altera parte abſent. non ferre per totum.	

SOLVTIO.

QVIDAM dicunt victũ victori non eſſe condemnandum ad expenſas, niſi probetur eum malitioſè mouiſſe litem, vt in concordantijs proximè poſitis. & maximè cùm ſemper præſumatur eum rectè mouiſſe litem, ex quo iurauit de calumnia. d.c. ſancimus. Verius tamẽ puto quòd indiſtinctè ſit victus victori cõdemnandus ad expenſas in lite factas, quia præſumitur ipſum malicioſè litem mouiſſe, ex quo deficit in probatione ſuæ intentionis. C. de aduoc. diuerſ. iudic.l.j.

Cęterũ prima ſolutio verior eſt. In cauſa tamen appellationis ſemper fit condemnatio in expenſis obtinẽti victoriam, ij.q.vj.c.omnino.

REGVLA CXLI.

Ignorantiam allegans eam probare debet.

PRO.	CONTRA.
L.diſt.c.quantum.	*III.q.ix.c.auditis.*
IX.q.j.c.ordinationes.	*D. de probat.c. verius.*
XXXIIII.q.ij.c. in lectum.	*Inſt. de legat.§. qui res.*
I.q.j.c.ſi qui à ſimoniacis.	
Ext.de ſent.excõ.c.ſi verò aliquis.	
D. de probat.c.cum deinde.	
C.de lon.temp.præſcrip.c. emptor.	
LXXXIII.diſt.c.propoſuiſti.	

SOLVTIO.

QVI ignorãtiam allegat, eam probare debet. Probatur verò ignorãtia hoc ſolo, quod non probatur contrariũ, C.qui milita. poſ. vel non. l.ſuper ſeruis. li.xij. Vel probatur per iuramentũ illius, qui dicit ignoraſſe, quia cùm ignorantia penes animum ſit, non poterit aliter probari.

REGVLA CXLII.

NATVRAE, ac rationis ordinem, & legem generalem Dei nulla conſtitutione humana coarctari, aut diſſolui poſſe.

PRO.	CONTRA.
XXV.q.j.c.quæ ad perpetuam, & c.ſunt quidam, & c.violator.	*XIIII. diſt. c.ſicut.*
	L.diſt.c. vt conſtitueretur.
XXII.q.ij.c.ſi quis per.	*I.q.vlt.c.diſpenſat.& c.exigũt.*
I.q.vlt.c.vlt.	*Ext.de iudic. c. at ſi clerici.*
Ext.de reg.iur.c.qui ſcãdalizau.	*De conſec. diſt.ij.c.rèuera.*
XXVII.q.j.c. nuptiarum.	*Ext.de diuort. c.gaudemus.*
X.diſt.c.non licet.	*Ext.de digam.c.debitum.*
XI.diſt.c.nolite.	*IX.q. iij.c.cuncta per mundum.*
XXV.q.ij.c.dicti.& c.poſteaquã.	*Ext.de elec.c. ſignificaſti.*
Ext.de vſur.c.ſuper eo.	*XXII. diſt.c.omnes.*
IX.q.iij.c.nullus.	*XL.diſt. c.ſi Papa.*

SOLVTIO.

VT ea quæ diuinitus ſunt præcepta, nequaquam in diſceptationem & dubiũ reuocanda ſunt. xxx.diſt.

c.hæc autem.&xxv.q.j.c. violator. ita quoque non debet quiſquam mortalium præſumere in myſterijs & religione definire, aut antiquare, quod nō definit nec antiquat Apoſtolus, xxxj.q.j.c.quod ſi.& xij.diſt.c.præceptis. Ritus verò eccleſiaſticos poſſunt epiſcopi ordinare, huiuſmodi tamen, qui cum euangelicis regulis conſentiant. d.c. non licet. & xij.diſt. c.illud. aliter nō: quia vbi diuina tam præclara & indubitata teſtimonia habentur, nihil valet vltra illa pontificum decreta. ix. diſt. c.noli, & ſicut in poteſtatibus ſocietatis humanę maior poteſtas minori ad obediendum præponitur; ita Deus omnibus. diſt. viij.c.quæ contra. & nihil eſt tantū, quod ſuperinduci, aut introduci poſsit, & in hoc ſpiritus ſancti placita valeat aliquatenus eneruare. xj. diſtin. c.quis neſciat. & quod Apoſtolus concedit, nemini auferri poteſt. xxviij. diſt. in fi. Ius autem naturale in ſe eſt incommutabile, vj. diſt. c.non eſt. & ext. de conſuetud. c.vlt. igitur papa non poſſet conſtitutionem facere, qua matrimonium prohiberet, d.c.nuptiarum. & xxvij.q. ij. c. ſunt qui. Alij dicunt, quoad moralia (vt non occides, &c.) eſſe immutabile; quoad myſtica, ſuperficialiter mutari poſſe. Sed contra illud eſt, quòd lex multis caſibus homicidium permittit. C.de adult. l.Gracchus. & ext. de homicid. c.ij. in fi. In alijs autem contrarijs cum aliàs ſuſpectum, tū certè nimis familiare ac domeſticū eſt teſtimonium, vt Fulgoſius in procemi. Dig. ſcribit.

REGVLA CXLIII.

IN diuerſis & contrarijs conſtitutionibus non poſteriores, ſed veteres Apoſtolicæ ſimplicitati, & veritati propiores præualent.

PRO.

VIII. *diſt. c. ſi ſolus.*
VIII. *diſt. c. quę cōtra. & c. fruſt.*
IX. *diſt. c. ſana.*
XI. *diſt. c. nolite. & c. quis neſciat.*
L. *diſt. c. domino. §. in fine.*
XXV. *q. i. c. ſunt quidā. & c. cōtra.*
XXV. *q. ij. c. ſi ea. & c. dicenti.*

CONTRA.

XXV. *q. ij. c. poſteaquā. §. his ita.*
D. *de legib. l. non eſt nouum.*
XXXVI. *q. vlt. §. vlt.*

XIX.*diſt.c. nulli.*
XXXVII.*diſt.c.relat.§.& ideo.*

SOLVTIO.

SI per nouorum pontificũ conſtitutiones inuehatur quædam diuerſitas,& diſcrepantia in veteres canones generales, ſacrarum literarũ auctoritate probatos præualere, & effectui mancipari debent hi, cùm quòd voluntati diuinæ & æquitatis rationi conueniant. d. c. dicenti.& maiorem continent pietatem, d.c.ſana. tum etiam quòd anteriores Pontifices, vt non minoris poteſtatis,ita maioris auctoritatis ſunt propter antiquitatem,d.c.domino.& valde incongruũ & anathemate dignum iudicatur,niti quempiam quãtacunque rationis excuſatione,quę bene ſunt ordinata reſcindere,& exẽplo docere cæteros,quemadmodũ quandoque ſua etiã conſtituta diſſoluant, xxv.q.j.c.generali. Atque hoc eſt ſubmouere ac transferre terminos,quos poſuerunt patres,xxiiij.q.iij.c.transferunt. & xxv. q.j.c. quæ ad perpetuam. Non obſtat d. c. poſteaquã,quia in §.ſubiunguntur verba Gratiani,non canonis.Neque obſtat.d.c. vlt. quia ibi ſententia Hieronymi antiquior, teſtimonio ſcripturæ accedente, præfertur concilio.

REGVLA CXLIIII.

A meliore & potiore parte fieri denominationem.

PRO.

Ext.*de ſen.& re iud.c.nõ poteſt.*
D.*de ſtat.hom.l.ij.& l.queritur.*
C.*de dona.l.ſancimus.§.ne autẽ.*
III.*q.vj.c.irritam.*
Ext.*de iur.patr.c. quoniam.*
VI.*q.iiij.c.j.*
D.*de verb.ſign.c.maiorem.*
Inſt.de iure nat.gen.& ci.§.ſed ius quidem.
Inſt.de ingenu.§.j.
Ext.*de elec.c.quod ſuper.& c.eccleſia veſtra.i.& ij.*
D.*ad municipal.quod maior.l. & ibi gloſ.*

CONTRA.

Inſtit.de pat.poteſt.§.j.
Ext.*de elec. c.ſignificaſti.*
IX.*q.iij.c.aliorum.*
C.*de aucto. præſtand.l.vlt.*

Ext.

Ext.de off.deleg.c. prudentiæ.
D.ſi ager vectigal.l.j.
Ext.de teſtam.. c.j.
Ext.de renunc.c.cum inter.

SOLVTIO.

HVC pertinet quod ſupra quoque dictū eſt,† de quo latiùs vide gloſ.in c.cum omnes.ext.de conſt. Non ſemper autem potior & maior pars cenſetur, quæ numero ſuperat, ſed etiam quæ dignitate & ſapientia.d.c. prudentiæ.item quæ pietate & ſaniore ſenſu.d.c.eccleſia.& ix.diſt.c.ſana. & quæ eſt fortior, & maioris effectus, plauſibiliorque.d.l.quæritur. & D. ſi ager vectig. l.j.& ext.de teſta.c.j.& in §.ſi vnus.& in L.quæ religioſis.D.de rei vendic.& Inſt. de ingen.§.j. Non obſtat §.j. Inſti.de patr.poteſt.vbi matrimonium à muliere, non à viro dicitur. Tametſi enim vir quoad adminiſtrationem rerum externarum, & poteſtatem, ac ſexum ipſum, maior fœmina habeatur.D.de ſenat.L.j.ſecus tamen eſt in ipſa, de qua principaliter agitur, matrimonij coniunctione, propter pariendi neceſsitates, vt Plinius nat.hiſto.lib.vij.c.xxv.explanat. tnm etiam quòd infans magis indiget ſolatio materno, quàm paterno.ext.de conuerſ.infidel.c.ij.

In reg.13.Vide Aretin.conſ.55. ad fin. verſ. ſecundo, Reſpondemus.

REGVLA CXLV.

PRODVCI & examinari teſtes ante litis conteſtationem non poſſe.

PRO.	CONTRA.
Ext.vt lite non conteſt.c.ad hoc deus.& c.accedēs, & c.quoniam frequenter in princ.	*C. quomo. & quand. iud.Auth. qui ſemel.*
III.q.ix.c.decernimus.	*Ext.vt lite non conteſt. c.quoniā frequenter.*
C.de execut.rei iud.l.i.	*Ext.de teſtib.c.ſignificauit.*
C.de iureiur. c.propter calumn. l.ij.	*Ext. de teſtam. c.Albericus.*
C.de bon.auth.in poſ. Auth. & qui iurat.	*Ext.de dolo & cont.c.cauſam.*
Ext.de dolo & cont.c.pront.	*C.de præſcript. xxx. ann. l.cum notiſſimi.§.vlt.*
	Ext.de procur.c.in noſtra. ad fi.
	Ext.de iureiur.ad noſtram.

D.de

D.de libe.agnoſ. l.ſi quis. §.ſi vel parens.
11.q.vj.c.ei qui appellat.§. appellatore.
Ext.de appell.c.interpoſita.§. ſane.

SOLVTIO.

VIDETVR in iudicijs ordinarijs iuris ordo ſeruandus.ſi enim non admittũtur allegationes, niſi præſtito iuramento calumniæ,C.de iureiu.propter cal.l.ij. ergo nec ante litem conteſtatam.& cùm leges publicæ nec facto iudicis,nec conſenſu litigatorum conuellantur.D.de pœn.l.j. & D. de pactis.l.ius publicum. ideo prohibito eo quòd teſtes ante litem conteſtatam non producantur,conſequenter conceſſum non videtur,vt examinentur.D.de off.eius cui mand.eſt iuriſd.l.j.& D. de poſtul.l.quos.Contraria quæ adducuntur, ſunt exceptiones à regula,in quibus officium ſuum perdit.Vide ſuper hoc Tancred.de ordi. iud.lib.iij.tit.viij.Quando & quomodo.& lib.iiij.tit.j.§.iij.

FINIS.

In prohibitis [illegible]
[illegible] de verb. signif.

